


4° Inc. 470. *pon*




gw 7471 = 1 = Ham-Pop 5694
2 = Ham 12178
3 = " 14904
4 abv. u. " *10098

Univ.-Bibl.
München.



S-B.

N^o Inc. 470



Opusculum, qđ speculum aureū aie peccatrici inscribit̄: incipit feliciter.

Uanitas uanitatū et oīa uanitas dixit ecclesiastes. qm̄ ut ait egregius doctor sanctus gregorius. Non est deo acceptabilius sacrificiū q̄ zelus (id est amor) aiarū.

Id eo ex diuersis auctoritatibus sanctorū doctorū ecclesie presentē tractatulum ī vnum collegi. ut peccatrix aīa deuicta per has sanctas auctoritates et amonitiones ad vnū ueritatis et iustitie lumen sicut ouis q̄ perierat et que multū errauit spiritus sancto inspirate diuinitus reuocef. et statū suum cognoscēs periculum, errorem, et immundum. tacta: dolore intrinsecus ad deum se cōuertat: cōuersa penitentiā agat. et tandem cū omnibus sanctis vitā possideat eternā. **S**i quidem ut dicit crisostomus. nūc precipue illudit uanitas uanitatū et oīa uanitas. hunc uersum qui ī deliciis et diuitiis uersant̄: in parietibus oibus & in uestibus suis scribere deberent. in domo, in ianuis, et in egressibus. et ante oīa in p̄sciētis suis: ut eū semp̄ p̄ oculis tenerēt et corde sentirēt. et qm̄ multe sunt imagiēs que decipiūt incautos: oportet hoc quotidie

a. i.



Univ.-Bibl.
München.

Hain 14904

carmē salutare ī prādiis, cenis, et vnūquēq;
cōuiuārū cuiusuis cetus canere: et a pximo
libenter audire. quia uanitas uanitatū et oīa
uanitas. oīa quippe pretereūt preter amare
deū et illi soli seruire. hec crisos. **C**ōtinet autē
pñs tractatulus septe capla iuxta ferias eb-
domade: ut peccatrix aīa peccatis deturpa-
ta q̄libet die speciale caplm tanq̄ nouū spe-
culū accipiat in quo faciem suā p̄sideret. **P**ri-
mū erit de uilitate et miseria hominis. scdm
de pctō in cōi, et quantū p peccatū incurri-
mus spūalia detrimenta siue dāna. tertiū de
pnia cito faciēda. quartū de mūdo fugiēdo
et odiēdo. quintū de caducis mūdi diuitiis,
et falsis eius honoribus, potentiis, et digni-
tatibus contēnendis. sextū de morte semp
et ubiq; timenda. septimū et ultimū de gau-
diis paradisi et penis inferni.

**Capitulum primū de uilitate et miseria
hominis.**

Uerba ieremie pphete. **Q**uare deuoluā
matris egressus sum ut uiderē laborē
et dolorem, et ut consummaren̄ in confu-
sione dies mei. **S**i talia loquitur de seipso
quem sanctificauit deus in utero matris sue
qualia loquar de meipso; quem mater mea

genuit in peccato. et bern. ait. **S**tude cogno-
 scere teipm. quia multo laudabilior es si te-
 ipsum cognoscis: q̄ si te neglecto cognoue-
 ueris cursus syderū, vires herbarū, cōplexio-
 nes hominū, animalium naturas, et haberes
 omniū terrestriū scientiā. **A**ttende ergo dili-
 gēter o homo quid fuisti ante ortū: et quid
 es post ortū usq; ad occasum: et quid eris
 post hanc vitā. p̄fecto fuisti spurcissimum
 sperma et vile scenū cōceptus in putredine
 carnis, in fetore libidinis, in feruore luxurie
 et (qd̄ deterius est) in labe peccati. **S**ed atten-
 de quo cibo in vtero materno nutritus sis.
 profecto sanguine menstruoso qui cessat in
 femina post conceptū: ut ex eo nutriat̄ con-
 ceptus ī utero. qui quidē sanguis (ut fertur)
 etiā tam detestabilis et imundus est ut eius
 tactu fruges nō germināt, arescant arbuſta,
 moriunt̄ herbe, amittūt arbores fetus. si ca-
 nes inde comederint: in rabiem effrenātur.
Postea plorans et ululans traditus est huius
 mundi exilio ad laborem, timorem, et dolo-
 rem. et (quod grauius) ad mortem. forma-
 uit ergo dominus deus hominē de limo ter-
 re q̄ terra ceteris est indignior elemētis. pla-
 netas autem ex igne fecit et stellas, flatus et

uentos ex aere, et uolucres. pisces ex aqua.
hoies et iumenta fecit de terra. considerans
itaq; aquatica: te vilem inuenies. consideras
aerea: te viliorē cognosces. cognoscēs ignea
te vilissimū reputabis. nec ualebis te parifica
re celestibus: nec audebis te pferre terrenis.
te comparans iumētis: te his similitū inue
nies: cognoscens q vnus est hominū et iu
mentorū interitus. et equalis utrisq; cōditio
cū nil habeat amplius homo iumēto. de ter
ra orta sunt: et in terrā pariter reuertent qd
ait sapientissimus salomō. **S**i ergo o homo
quātumcūq; nobilis diceris ad hūc mundū
uenisti: nec memor es q̄ uilis origo tui. for
ma, fauor popli, feruor iuuenilis, opesq; sur
ripuere tibi hec. noscere quid sit homo si cu
pis stellam doctorū augustinū de hoc loquē
tem audito. **H**eu miser quid sum ego: sum
uas sterquilini. cōcha putredinis. plenus fe
tore et horrore. cecus, pauper, nudus, pluri
mis necessitatibus subditus, ignorans intro
itū et exitū meū miser et mortalis. cuius di
es sicut umbra pretereūt. cuius vita sicut lu
na euāescit. sicut folium ī arbore crescit et
statim marcescit. sum terra miserie. fili? ire.
vas aptū in contumeliā. genitus per immū
diciā. viuēs ī miseria. moriturus ī angustia.

Item bernardus quid aliud est homo q̄ sper
 ma fetidū, saccus stercorū, cibus uermiū. si
 diligenter cōsideres quid p̄ os et nares cetero-
 rosq̄ corporis meatus egrediat̄: vilius ster-
 quiliniū nunquā vidisti. **E**t innocētius papa
O vilis conditionis humane indignitas: her-
 bas et arbores inuestiga. ille de se p̄ducunt
 frondes, flores, et fructus: et tu de te lendes,
 pediculos, et lubricos. ille de se fundūt vinū
 oleū, et balsamū: et tu de te sputū, vrinā, et
 stercus. ille de se spirant suauitatē odoris: et
 tu de te reddis abhominatōnē fetoris. qua-
 lis ē arbor: talis est fructus eius. nō enī pōt
 arbor mala fructus bonos facere. **Q**uid ali-
 ud est homo sc̄dm formā: nisi arbor euersa
 cuius radices sunt crines. trūcus ē caput cū
 collo. stipes est pectus cū ascellis. rami sunt
 ulne cū tibiis. frondes sunt digiti cū articulis
 homo est folium qd̄ a uento rapit̄ et stipula
 que a sole siccat̄. vnde iob. **H**omo natus de
 muliere breui viuens tempe replet̄ multis
 miseriis. qui quasi flos egreditur et content̄
 et fugit uelut vmbra et nunq̄ in eodem sta-
 tu p̄manet. hinc et deus inquit ad hominē
gen̄. iiii. **Q**uia puluis es et in puluerē reuerte-
 ris. **E**t iob. **D**ñe memento: quia sicut lutum
 a. iiii.

feceris me et in puluerem reduces me. quid ergo lutum superbis: de quo puluis extolleris: unde cinis gloriaris: cuius conceptio culpa est, et nasci pena, labor vita, mori necesse. **C**ur carnem tuam preciosis rebus impinguas et adornas: quam paucos post dies vermes in sepulchro deuoraturi sunt: animam uero tuam non ornas bonis opibus que deo presentanda est, et angelis eius in celis. **Q**uare animam tuam vilipendis et ei carnem preponis: dominam ancillari, et ancillam dominari magna abusio est. **O** anima habes inimicum domesticum. amicum aduersarium: qui malum pro bono reddit, et sub specie amicitie crudelior existens inimicus hic hostis. o caro tu infelix & misera multum tamen tibi dilecta. hanc cum paupisti inimicum contra te erexisti. hanc cum ornasti: inimicum contra te armasti. hanc cum ferarum uariis et preciosis indumentis uestisti: omnibus celestibus indumentis te spoliasti. **C**onsidera te et attende o homo peccator quid eris post hanc vitam. eris reuera cadauer miserum et putridum et cibus uermium. inspice corpora eorum qui morte corporis hinc exierunt et nihil inuenies in eis nisi cinerem et uermem, fetorem et horrorem. quod tu es: illi fuerunt

et quod ipsi sunt: tu eris. homines fuerunt si
 cut tu. comederunt, biberunt, riserunt, duxe
 runt in bonis dies suos: et in pūcto ad infer
 na descenderunt. hic caro eorū uermibus, et
 illic anima eorū deputat in igne: donec cur
 su infelici transacti: sempiternis inuoluātur
 incendiis. quid profuit inanis gloria qui so
 cii fuerunt in vitiis. vna nāq; pena implicat
 quos vnus amor in crimine ligat. quid pro
 fuit illis breuis letitia mundi, potētia, carnis
 uoluptas, false diuitie, magna cōcupiscentia
 ubi risus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogā
 tia de tanta letitia: quanta tristitia post tan
 tillam uoluptatē. tam grauis miseria de illa
 exultatione ceciderūt in grandem ruina, et
 magna tormēta. quicquid illis accidit: ti
 bi accidere potest. quia homo es, homo de
 humo, hum^o de limo, limus de terra. de ter
 ra uenis, et in terrā reuerteris. quādo ueniet
 morieris: sed incertū est, quādo, quomodo,
 uel ubi. quoniam mors te ubiq; expectat. tu
 quoq; si sapiens fueris: ubiq; eā expectabis.
De istis quippe mundi amatoribus ait isido
 rus. **D**ilectissimi pēsare debemus q̄ breuis ē
 mūdi felicitas. q̄ modica est huius seculi glo
 ria. q̄ caduca, q̄ fragilis tēpalis potētia. dicat
 a. iiii.

qui poterit ubi sunt reges: ubi sunt principes
impatores. ubi rerū locupletes: ubi potētes
seculi. ubi diuites mundi: quasi vmbra trāsi
erunt et uelut somnū euanuerunt. querunt
et nō sunt. **Q**uid dicemus adhuc: reges obi
erunt et principes mortui sunt. multi tñ puta
bant diu viuere et quasi nunq̄ a morte cade
re de presenti vita. **C**erte nō sic impīi nō sic
uos autē sicut homines moriemini et sicut
vnus de principibus cadetis. **S**ed de condi
tione hominis post mortem hec inquit ber
nardus. **Q**uid fetidius humano cadauere:
quid horribilius hoīe mortuo: cuius in vita
erat gratissimus amplexus: fit in morte hor
ribilissimus aspectus. ideo subdit post homi
nē uermis. post uermē fetor et horror. quid
ergo p̄sunt diuitie. quid delicie. quid hono
res. diuitie nō liberant a morte. nec delicie a
uermib⁹. nec honores a fetore. **I**tem ad idē
crisof. ait. **Q**uid p̄sunt illis qui in luxuria cor
poris et p̄ntis uite uoluptatibus usq; ad ulti
mū diē p̄manserunt: intuere nūc sepulchra
eorū. uide si est aliqd̄ iactantie uestigiū. si ali
qua diuitiarū uel luxurie signa cognoueris.
require nūc ubi uestes et ornāmēta pulcher
rima. ubi nūc est spectaculorū uoluptas, uel

affeclarū turbe, et conuiuariū cessit epulantia
 risus, iocus, et imoderata atq; effrenata leti-
 tia. quo abiit: quo recessit ubi illa nūc: et ubi
 ipsi. quis finis utrorūq;: intuere diligent. at-
 tende pprius ad singulorū sepulchra. vides
 cineres solos et fetidos, uermiū reliquias. et
 recordare mīe carorum esse finem. etiā si in
 letitia et deliciis. etiā si in labore et p̄tinentia
 transegerūt hic vitā. vtinā circa hoc tria vi-
 gil meditatulq; uerferis. **S**ed infelices quip-
 pe filii adam omissis ueris et salutaribus stu-
 diis caduca potius et transitoria querūt. si tu
 carissime ruminās in corde uilitatē tuam et
 miseriam scdm̄ exteriorē hominē. sectare
 humilitatē, fuge supbiā sciens q; superbiā ē
 signū quo diabolus distinguit suos ab aliis.
 vnde ioh xlv. **I**psē ē rex sup om̄s filios sup-
 bie. et ut dicit grego. **C**rudelissimū reprob-
 rum signū superbiā: electorū humilitas: qđ
 si quis habeat cognoscat sub quo rege sit uel
 militet, scz christo uel diabolo. **V**n̄ isidorus.
Anima superbi a deo derelinquit: et fit de-
 monū habitaculū. ecclesiastes. **O**dibilis deo
 et hōibus superbiā ut patet. superbiā enī lu-
 ciferū de celo eiecit: adam de paradiso repulit
 pharaonē et exercitū eius submersit. saul de

regno eiecit: nabugodonosor in bestia trāf-
mutauit ppter supbiā: antiochus vile mor-
tuus est. herodes ab angelo percussus.

¶ Ca. scđm de peccato in cōi, et quātum p
peccatū incurrimus: spiritualia detrimen
ta seu damna.

Qui facit peccatū a diabolo ē qui pecca-
uit ab initio. **S**cribit enī p̄ma io. iiii. ca.
Peccatū est onus qđ celum nō sustinet, nec
terra ultimo sustinebit: sed descendet ad in-
fernū cū factore suo. **E**t sciēdū scđm augu.
qđ omne dictū, factū, uel concupitū cōtra le-
gem dei est pctm̄. qđ debet multū qui salua-
ri cupit cū summa diligētia vitare. et hoc p̄-
cipue ppter tria. **P**rimo quia deo displicet
summe. scđo quia demonibus valde placet
tertio quia homini valde nocet. **D**ixi tibi p̄-
mo o homo qđ debes vitare cū summa dili-
gentia omē pctm̄. quia deo creatori tuo sū-
me displicet. et ad hoc debes cogitare quid
deus fecerit ppter odiū pcti. **¶** Ipse quippe
ppter pctm̄ fere dissipauit oīa opera sua, scđ
totū mūdū p diluuiū. ut habet gen. vii. alii
autē reges et potētes in preiudiciū inimicorū
suorū depopulant terras eorū: deus autē dis-
sipauit terrā ppriā. quia pctm̄ intrauerat ter-

6.

ram suā. **I**tem deus nō solū habet odio peccatū ipsum: uerū etiā quicquid pctm̄ t̄git. alii aut̄ homines prop̄t̄ vinū corruptū nō p̄iciūt in mare uasa aurea uel argentea: sed seruant uasa et fundūt vinū. deus uero non modo pctm̄: sed etiā uasa peccati creaturas rōnales sc̄z aīas ad imaginē suā factas. et cū suo precioso sanguine redemptas ī odium peccati p̄iciet in oceanis inferni. ideo dicit̄ sapie. ix. **O**dio sunt deo impius et impietas eius. vñ deus nō habz tam bonū amicū nec in celo nec ī terra quē nō haberet odio usq̄ ad mortē si in eo reperiret vnū pctm̄ mortale. vnde petrus licet ardētius amaret christum ceteris apostolis: tñ christus eum condemnasset si decessisset in pctō trine negationis. **S**c̄do quātū deus odiat pctm̄ ostendit̄ q̄ propter pctā mundi suū vnigenitū innocentē interfecit. qđ testat̄ isaias. liiii. dicens. **P**ropter scelus populi p̄culli eum. ipsemet nēpe dei filius vt peccatū interficeret et occideret tradidit in mortē animā suam, ut dicitur isai. li. **N**ullus aut̄ inuenitur qui tantū odiat inimicū suum q̄ in odio eius uellet interficere vnigenitum proprium. **T**ertio hoc idem ostendit̄. quia deus p̄secutus est peccatum ab initio intantū: q̄ proiecit eū de celo

et videns q̄ remanserat in terra, sc̄z in mundo: ipse in ppria p̄sona descendit in mūdū ut de ipso fugaret peccatū, et tandem in die iudicii proiciet et concludet ipsum in infernū. vii michee ulti. **Proiciet in p̄fundū maris peccata nostra.** **Q**uarto q̄ deus odit summe pctm̄ patz hac similitudine. quia bona mater videt multū odire illud p̄pter qd̄ puerū suum poneret in clibanū ardentē, et nunq̄ eum inde traheret. sic deus p̄pter odium peccati filios suos quos tantū dilexit q̄ p̄ illis mori uoluit in ignē extingubilem p̄iciet: si inuenerit ī eis peccatū mortale. **Sic ergo o peccatrix aīa legisti quātū deus odio habet peccatū. tu ergo si placere ei cupis: sūme vites peccatū et in te nō habeat locum. mulier enī esset multū infidelis que hoiem cubaret in lecto suo quē vir suus odio haberet, et p̄ quē viro suo multa mala euenissent sic ergo pctm̄ est quod summe odit christus aīarum sponus. et p̄pter qd̄ sibi multa mala acciderūt. et tandē ipsa mors. quare o carissime monitionē dauidis seq̄s: **inque. Cor mūdū crea ī me deus zc̄.** **S**c̄do debes sūma cum diligentia vitare peccatū: maxime mortale. quia summe diabolo placet et ip̄m**

7
letificat qđ triplici signo referat. **P**rimo quia
in nullo alio delectat. nā neq; balneū aliud,
neq; argentū, neq; aurū querit: sed tm̄ aias.
vñ gen. xiiii. i psona eius dicit. **D**a mihi aias
cetera tolle tibi. **E**t greg. ibidē. nihil se fecisse
estimāt: cum animā nō sauciat. sicut enī ra-
pax auis cor prede: sic diabolus hoīs animā
maxime cupit. **S**cđm signū. quia diabolus
summe diligit pctm̄ ppter eius assiduā tem-
ptationē: et quia in ppetrando peccatū nūq;
fatigat. nā sex milibus annis et ampli^r pctā
incessanter ppetrauit, nec fatigat semp no-
ua pcurare. ideo cū deus eū **Iob pmo** inter-
rogauit dicēs. vñ uenis: rñdit. **C**ircuiui terrā
et pambulauī eā. tm̄ enī occupat in peccatis
suggerendis q̄ nō licz ei somnū cape. iuxta
illud **Iob. iiii.** **Q**ui me comedūt: nō dormiūt
Tertiū signū q̄ peccatū summe diabolū leti-
ficet: est q̄ nunq; potuit satiari peccatis. nā
infinita milia hominū peccatis iā deuorauit
et tm̄ adhuc famelicus est. et sicut leo rugiēs
circuit q̄rens quē deuoret. ut dicit. i. petri. v
et nō solum famelicus: sed et sitibūdus. **I**ob
Abhorrescit fluuius et non mirabitur: et ha-
bet fiducia. quia influat iordanis in os eius,
id est in infernū. fluuius quē absorbet diabo-
lus et nō miratur sunt pctōres. cum impetu

currentes in os eius quos summe desiderat
absorbere. **E**xemplū habet in vitis patrū in
capitulo demonū: qualiter eorū vnus lauda
tus et honoratus ē a principe demonū et in
cathedrā locatus: quoniam fecerat fornicari
vnū monachū quē. xliiii. annis vix traxerat
ad peccatū. ergo aīa peccatrix plora amare
eo q̄ totiens letificasti p̄tra te inimicos tuos
sc̄z demones: quotiēs peccasti mortaliter, et
de cetero p̄ purā confessionē, et dignam sa
tisfactionē fac gaudere sup te deū tuū et an
gelos eius. gaudiū ē enī angelis dei sup vno
pctōre p̄niam agente. luce. xv. **T**ertio de
bes summo studio vitare omne peccatū: quia
tibi summe nocet. nā primo p̄ peccatū sepa
ramur ab amore dei et effimur eius inimi
ci. isae. xix. **I**niquitates nr̄e diuiserunt inter
nos et deū. et pctā nostra p̄hibuerunt faciē
eius a nobis. vn̄ quicūq; sanctus in celo ex
istens si peccaret: statī decideret, et dei ami
citia ad eū dissolueſ. vnde augu. **Q**ui pec
cat ī amicū uerissimū et fidelissimū: dicitur
vitupabilis. qui uero peccat in deū potētissi
mū et patrē piissimū quō nō erit vitupabilis
et abhominabilis. **Q**uarto p̄ peccatū obli
gat peccator et adiudicāt patibulo inferni.
et quia lex diuina nō multum discrepat ab

8.

humana: ideo omnes legalis decreti transgressores, uel maiestatis regie cōtemptores, id est omēs peccatores merentur intereire suspendio, scđm qđ significat in esdra. xiiii. et ī decreto darii ubi dicit sic. **E**t denūtiatur ut quicunq; transgressi fuerint: aut quod ex his que scripta sunt quantū ad peccatū cōmissionis. aut spreuerit: quantū ad peccatū omissionis accipiat lignū de suis ppriis, id ē de orto proprie conscientie. ibi enim crescit lignū quo peccator suspendit: et suspendat bona quoq; sua ascribant. similiter enī redeunt ad gloriā regis celestus peccata reprobōrū sicut gloria bonorū. ecce carissime qđ lex humana corporalitē facit: hoc spūaliter lex diuina. Idem fere legit hester. vii. **S**uspendite aman ī patibulo. aman intelligit iniquus, et p hunc pctōr intelligit quē rex celestus iubebit suspendi in patibulo inferni: si eū in peccato mortali inuenerit. **Q**uinto enī pctm̄ spoliat hominē omni bono grē in presenti et glorie in futuro. puerbioꝝ. xiiii. **M**iseros facit hoies peccatū. est enī pctōr paup. quia nihil habet, imo p peccatū mortale seipsum amisit, et ī seruitutē diaboli transiuit. paupior. quia nihil pōt lucrari, eo qđ opera meritoria, uel deo grata in tali statu facere nō pōt.

sed et pauprimus: quia nil pōt ei dari. nam
bona facta p ipso nō pfunt ei ad salutē. quia
nō uiuit nisi quo ad corpus. vñ dicit boecius
li. iiii. de pso. **H**omo prauus non est hō: nisi
sicut hō mortuus. homo enī p pctnī sepat
a luīe vniformi et excecat atq; obtenebrat.
sopho. i. **A**mbulabūt ut ceci qui dño pecca-
uerūt. **E**t in psal. **N**escierūt neq; intellexerūt
qui in tenebris ambulant. **E**t hiero. **D**epmit
plane aīa p peccatū polluta interius: ne ua-
leat suspicere supius. hoc peccatū ē sicut pu-
tredo in pomo. sicut enī putredo in pomo
aufert ualorem, decorē, colorem, et odorem
odorē fame: ualorem glorie: colorē forme:
et saporem grē: sic putredo est omne pctnī
nā de eo dicit isa. xv. **Q**ui facit illud: luto vi-
lior est vita eius. **E**t augu. ait. **T**olerabilius ca-
nis putridus fetet hōib⁹: q̄ aīa peccatrix deo
ideo in quodā sermōe uerba ait: quibus quē-
dam lubricū a peccato retraxit. **Q**uid pdest
plena archa si inanis ē conscīa. bona vis h̄re
et bonus esse nō vis. nō potes erubescere cū
domus tua plena est bonis et tu malis. quid
enī est qd̄ uelis malum habere: dic mihi: ni-
hil omnino nō uxorem, nō filium, nō seruū
nō ancillam, nō tunicam. postremo non ca-
ligam: et tamen vis habere malam vitam.

Rogo te prepone vitā tue calige. omia que circūiacent oculis tuis elegātia et pulchra tibi cara sunt: et tu tibi ipsi vilis et fetidus es. si possent tibi respondere bona tua quibus plena est domus tua: nōne clamarent sic. tu bona nr̄a vis habere: sic et nos uolumus dominū bonum hr̄e. tantā uoce inuocāt dominū deum contra te. **E**cce tanta bona dedisti huic et ipse malus. quid p̄dest enī ei qd̄ habet: qm̄ eū qui oīa dedit nō habet. ¶ **S**exto p̄ peccatū nascit̄ bestialis. vnde boetius q̄rto de conso. phie. **H**omo p̄bus p̄bitate deserta in beluā conuertit̄. **E**t phūs in ethicis dicit: q̄ est peior q̄ bestia. quibus cōcordat dauid dicēs. **H**omo cū in honore esset, id est i grā gratū faciente: nō intellexit: compatus ē iur̄mētis insipientibus et similis factus est illis. ¶ **S**eptimo et ultimo ex peccato nascit̄ diaboli seruilis filialitas. vnde p̄ma ioh̄. iii. **Q**ui facit peccatū a diabolo est. **P**ro his om̄ibus o infelix pct̄or miserere aīe tue et noli peccatū inducere sup̄ eā: sed que legisti tanta mala: offensam videlicet dei. letitiā inimici. et dānū pp̄riū memorare. agnosce igit̄ o homo q̄ nobilis ē aīa tua et q̄ grauia fuerūt illa vulnera eius p̄ quibus necesse fuit illū dominū vulnerari si nō essent hec ad mortē eternā:

nunq̄ p̄ eor̄ remedio dei filius moreretur.
noli ergo vilipendere aīe tue passionē: cui a
tanta maiestate tantā vides exhiberi cōpassi
onē. fudit ipse lachrymas p̄ te: laua et tu p̄
singulas noctes lectū tuū compunctione et
lachrymarū assiduitate. fudit ipse sanguinē
suū p̄ te: funde et tu tuū quotidiana cordis
afflictione. noli attendere quid caro velit: s̄
quid spiritus poscit. nam ut dicit grego. vñ
caro ad tempus suauiter viuit: inde spūs in
eternū cruciat̄. et quo plus caro punit̄ i hac
vita: tanto plus gaudebit in futura. **Augu.**
Voluntarie nūc postponamus pro christo
quandoq; dimittenda: ne (qd̄ absit) p̄ transi
toris amittamus eterna. si enī tibi diceret̄:
carnis uoluptatibus frueri sicut placet: ea tñ
cōditione q̄ postea tibi oculi eruent̄: seu q̄
omne solaciū tollat̄ tibi toto tempe vite tue
et q̄ in fame et siti et in omni cruciatu & mi
seria viuas: nunq̄ tale bonū habere te vere
susciperes. et quid tota hec vita ubi nec mē
sis est, nec vnius diei uel hore spaciū ad illi
us eterne infelicitatis inferni compationem
cui neq; finis est, neq; pena similis inuenit̄.
hec augustinus.

Ca. tertiū de penitentia cito facienda.

40

Qui nō accipit crucem et sequitur me:
nō est me dignus. math. xiiii. p hanc
crucem pnia designat: quam de necessitate
quilibet peccator debet suscipere: et p̄seue-
ranter tolerare si in eterna beatitudine cum
christo cupit regnare. Vñ hiero. in epistola
ad susannā. **N**eccessaria est pnia: q̄ aut equat
crimina aut certe excedat. **E**t aug. quisquis
desiderat saluari: quicquid post purum ba-
ptismū traxit: oportet q̄ abluat saltē lachry-
mis mentis. **S**ed forte dices: durus ē hic ser-
mo: nō possum mūdum spernere, et carnē
meam odio habere et castigare. audi nō me
am: sed gloriosi hiero. responsionē sup hoc
Impossibile ē (ait) ut quis p̄ntibus et futuris
fruat̄ bonis. ut hic uentrē: ibi mentē imple-
at. ut de deliciis ad delicias transeat: ut ī v-
troq; seculo, videlicet in celo et in terra appa-
reat gloriosus. **Q**uā hieronimi sententiā cō-
firmat beatus gre. dicēs. **M**ulti cupiūt euo-
lare de iustitia exilii p̄ntis vite ad gaudia pa-
disi: sed nolunt carere oblectamētis mundi
uocat uos gratia christi: sed reuocat eos cō-
cupiscētia seculi. cupiūt mori morte iustorū
sed nolunt viuere vita eorū. et hi ineternū
peribunt. quia opera illorum sequunt̄ illos.

Item bernar. **A**usteritas cōuersationis beati iohannis baptiste peccatoribus deliciosus durus est nūtius eterne mortis. **Q**uid eni irrati onales fere, reptilia terre insanimus: cū ille qui inter natos mulierū nemo surrexit maior innocentissimū corpus suū sic afflixit: et nos indui preciosis uestibus festinamus, et splendide, laute, delicateq; epulari. nō sic impii nō sic itur ad astra. deniq; recordare parabole uel hystorie de diuite: qui dñs fuit tātarum opum: qui purpura indutus et bisso vnā guttā aque nō potuit obtinere p sue refrigerio lingue cū esset in ardorē necessitate constitutus. hec recordare amice mi et age pniā dum tēpus est. nam ut(iquit)grego. **D**eus et si pniē tantā ueniā spopōderit peccanti: tamē crastinū diem non promisit. Penitentia igitur erit preterita mala plangere: et plangenda iterū nō cōmittere, et ppositū cōmittendi nō habere. vnde augu. i suis soliloquiis. Inanis est pnia quam sequens culpa coinquinat. nihil profunt lamenta: si replicant peccata. nihil ualet a malis ueniam poscere: et mala denuo iterare. **S**z p ampli ori declaratione nota q tres sunt ptes integrales pniē. scz cordis cōtritio, oris cōfessio,

et operis satisfactio. qm̄ enim deum tribus
 modis offendimus: delectatione cogitatōis
 imprudentia locutiois, et supbia operis. et
 quia cōtraria cōtrariis curant: tribus modis
 oppositis satisfacimus. delectationi cogitati-
 onis opponēdo p̄tritionē. imprudentie locu-
 tionis, p̄fessionē. supbie operis opponēdo sa-
 tisfactionē. ¶ De cōtritione aut̄ primū vide-
 amus. Vnde cōtritio est dolor p̄ pctis volū-
 tate assumptus cū p̄posito abstinendi, confi-
 tendi, et satisfaciēdi. Et ut dicit bern. triplex
 debet esse dolor iste acer, acrior & acerrimus
 acer debet esse: quia dominū deū nostrū et
 creatorē omniū offendimus: acrior quia pa-
 trē nostrum celestem qui nos multipliciter
 pascit impugnamus: et in hoc peiores cani-
 bus sumus qui pascentes se diligūt et sequū-
 tur: acerrimus quia redemptorē nostrū qui
 nos redemit p̄prio sanguine et a pctōr̄ vin-
 culis liberauit, et a crudelitate demonum et
 acerbitate gehenne eripuit: quātū in nobis
 est iterū crucifigimus. Sed et de tribus debe-
 mus dolere. scz de commisso pctō, de bono
 omisso, et de amisso tempore. De virtute et
 q̄litate hm̄ōi p̄tritionis sic ait augu. Plus va-
 let cordis cōtritio: q̄ totius mūdi pegrinatio
 b.i.

Item quedā glosa sup psalmū: ad dominū
cū tribularer. nescit dñs differre quē compū
ctū corde sibi senserit supplicare. **E**t crisost.
Sola est compunctio que facit animā horre
scere purpurā, desiderare cilicium, amare la
chrymas, fugere risum. **I**tem nihil congluti
nat et vnit deo ut lachryme penitētis. **C**on
tra uero ut ait augu. **A**criores diabolo dolo
res nō infigimus: q̄ cum plagas pctōrꝝ no
strozꝝ cōfitendo et penitendo sanamus. sed
heu cū tanta bona p pniām consequamur:
pauci tñ pniām agunt. de quo dñs conque
rit̄ dicens p ieremiā dicentē. **N**emo qđ bo
nū est loquit̄: nullus est qui agat pniām su
per pctō dicēs: quid feci. **S**cđm videlicz cō
fessio solet describi sic. q̄ est legitima coram
sacerdote pctōrꝝ declaratio. vnde etymolo
gizat̄ confessio: quasi similis, uel ex toto, uel
vndiqꝝ fassio. nam uere confitēr qui totum
fatetur. vel ut dicit isidorus li. etymolo. **C**on
fessio est per quā latens morbus aīe sub spe
uenie consequende in dei laudē aperit̄. **D**e
cuius uirtute inquit ambro. super ps Beati
immaculati: Cessat vindicta diuina si cōfel
sio precurrat humana. **E**t cassiodorus super
ps. Confiteant̄ tibi populi deus. Illis n̄ iudex

sed aduocatus est christus qui se ppria confessione damnarūt. Et leo papa. Non remanet iudicio cōdemnandū: qđ fuit in cōfessione purgatū. Et augu. in li. de pnia. Confessio est salus animarū, dissipatrix vitiōꝝ, restauratrix virtutū, oppugnatrix demonum quid plura: obstruit os inferni, portas aperit paradisi. Pro his omnibus carissime iuxta consiliū isaie. dic tuas iniquitates ut iustificeris. initiū iustitie confessio peccatorꝝ. optet enī te confiteri omnia tua pctā quorꝝ memoriā habes integre vni sacerdoti de his te absoluenti potestātē habenti: ita qđ nō vnā ptem tantū tuorꝝ pctōꝝ vni sacerdoti dicas: et alterā alteri. quia neq̄ sacerdos possit tibi sic cōfidenti dare remediū. Ideo dicit bern. Qui confessionē suā diuersis p̄fessoribus diuidit: uenia caret. execrāda nāq; fictio est peccatū diuidere, et sup̄ficietenus radere, et nō intrī fecus eradicare. et tales recipiūt excōitationē pro absolutione, maledictionē p̄ benedictione. talis nāq; diuisio confessionis fit sepius p̄ hypocrisim. quia grauia peccata dicūt ignotis sacerdotibus, et illis cum quo sepius uersant̄ leuiora narrant. De quibus dicit augu. et ponitur ī decretis. Qui confessionē
 b.ii.

diuidit: laudandus nō est. qđ vni celat: alte-
ri reuelat. qđ est seipsum laudare et ad hy-
pocrisim tendere. ¶ Satisfactionē quā aug.
diffinit discutiamus tanq̄ pnie tertiā ptem.
inquit enī. Satisfactio est pctōr̄ causas exci-
dere, et eor̄ suggestionibus aditū nō indul-
gere. nā ut dicit greg. Nequaq̄ satisfacimus
si ab iniquitate cessamus: nisi uoluntates q̄s
diligimus cū econtrario oppositis lamentis
insequamur. Et ut dicit criso. Qualis p̄cessit
offensio: talis debet insequi recōciliatio. tan-
to pnus ad lamenta: quanto fuisi pnus ad
culpā. qualis fuerit tibi ad peccandū intētio
talis sit ad penitendū deuotio. grauiā pctā:
grauiā lamenta desiderant. quia ut ait euse-
bius episcopus. Non leui contritione agen-
dū est ut debita illa redimant: quibus mors
eterna debet. nec pauca opus est satisfactōe
p̄ malis illis propter que paratus ē eternus
ignis. Sed heu multi statim fatigant in hac
uita et a via satisfactionis retro aspiciunt cū
uxore loth. Contra quos bern̄. in quodā ser-
mone ait. Qui p̄fecte senserit onus peccati
et aīe lesionē, ille aut parū senserit: aut oīno
nō senserit corp̄is penā, nec reputabit labo-
rem quo peccata nouerunt deleri preterita,

caueri futura. **Et augu. super psalmū. l. Sūt**
multi quos peccare nō pudet: agere pñiam
puderet. **O** incredibilis insania. de vulnere
nō erubescis: nonne vulnus fetidum et pu-
tridum est. cōfuge ergo ad medicū: age pe-
nitentiā. dic: **I**niquitatē meā ego cognosco
et peccatū meū ꝓtra me est semp. **T**ibi soli
peccaui: quia tu solus sine pctō es. **C**onsi-
stut aut satisfactio in tribus. in orōne, elemo-
sina, et ieiunio. ut iste ternarius numerus cō-
tra illud nefariū diabolicū opponit̄. oratio
cōtra supbiam. ieiuniū ꝓtra carnis ꝓcupiscē-
tiā. elemosina contra auariciā. uel sic. **O**mne
peccatū uel in deum cōmittit̄, et contra hoc
ordinat̄ oratio: uel in proximū, et cōtra hoc
ordinat̄ elemosina: uel in nosipfos, et cōtra
hoc ordinatur ieiuniū. **E**t ꝓpter ampliorem
satisfactiōis declarationē modicū de elemo-
sina tangamus. dicit̄ nempe ab elemon qđ
est misericordia et syna qđ est mandatum:
quasi mandatū misericordie. et sic scribēdū
est ꝓ e. **S**olet etiā scribi per y. et tunc dicitur
quasi mandatū dei. ipse enī ꝓprio ore eam
mandauit fieri. vnde **I**eremias. **D**ate elemo-
sinas et ecce oīa sunt munda uobis. vel alit̄
elymosina dicit̄ ab ely quod ē deus et moys
b. iiii.

*Utilitates Elemo-
sine v. d. 2.*

A. regu 4.

aqua: q̄si aqua dei. sicut enī aqua extinguit ignē: sic elemosina peccatū. hec catholicon
Sunt autē tria precipue q̄ nos ad elemosinā
et opera pia debent prouocare. **P**rimū quia
misericordia redimit culpā. puer. xvi. **M**ise-
ricordia et ueritate redimit iniquitas. **E**t da-
niel. iiii. dicit q̄ mulier q̄ congregauit ī do-
mo sua uasa uacua non pauca: parū olei qd̄
habuit in oīa uasa dimisit, et sic creuit oleū
p̄ quod mulier a creditore liberaf. **V**asa ua-
cua sunt paupes: quos ī domo debemus cō-
gregare. isaie. liii. **E**genos uagosq̄ induc in
domū tuā. parū aut olei p̄ omnia uasa distri-
buit. iuxta illud thobie. iiii. **S**i exiguū tibi fu-
erit: etiā exiguū libēter impartiri stude. tūc
oleū misericordie crescit: cū p̄ meritū et gra-
tiā aīa peccatrix creditori deo de peccatis su-
is satisfact. **S**ecundo elemosina temporalia
bona multiplicat. vnde greg. ī dialogo. **T**er-
rene substantie p̄ hoc q̄ paupibus distribu-
unt: multiplicant. **E**xemplū habemus. iiii.
regū. xvi. in uidua que heliā pauit. cui pro-
pter hoc dñs farinā et oleū multiplicauit. p̄
qd̄ datur intelligi q̄ pauperes magis pascūt
elemosinarios q̄ ecōtra. **T**ertio elemosina si
ue opus misericordie ī morte elemosinarū

custodit: et animā eius cū claritate ad regnū
 celorum pducit. vnde dicit ambro. **S**ola mi
 sericordia comes est defunctorū. **Q**ū bonus
 q̄ necessarius moriēti comes elemosina. no
 li ergo talem fa mulū dimittere, uel talē ad
 uocatū post tergum relinquere. sicut illi qui
 res suas auare retinētes: nihil ī vita sua per
 manus pprias paupibus distribuūt. similes
 illi qui post tergū vult portare lucernam. cū
 dicat ecclīasticus. amico tuo, id ē christo vel
 anime tue uel pauperi: ne dicas uade et re
 uertere et cras dabo tibi: cū statim possis da
 re. vnde sciendū q̄ diues a quo petit elemo
 sina debet p̄siderare tria. **P**rimo quis eā pe
 tit. quia ipsemet dñs deus qui tantū dilexit
 paupes q̄ quicquid paupi feceris p̄pter amo
 rem suū reputat sibi factū. math. iii. **Q**uod
 vni ex minimis his fecistis: mihi fecistis. pe
 tit ergo elemosinā p pauperem suum dñs:
 a quo diues in orōe quotidiana petit regnū
 et ideo cū paupi negat elemosinā diues: ti
 mere debet q̄ deus nō exaudiat eū cū petit
 ab eo regnū celoꝝ. dicit enī puer. xxi. **Q**ui
 obdurat aurē ad clamorē paupis: et ipse cla
 mabit et nō audietur. **S**ecundo debet diues
 considerare quid petit deus: quādo elemosi
 b.iiii.

*Dans elemosinā
 vni p̄siderat:*

nam in suis paupibus petit. petit utiq; non nostrum: sed suū. et ideo ingratus est ualde deo qui paupī negat necessariā elemosinā: cū de cibis dei habeat abundāter. et hoc p̄siderauit dauid qui p̄mo palipo. xxix. dixit. **T**ua sunt oīa dñe et que de manu tua accepimus: dedimus tibi. petit re uera p̄ paupē rem suū deus nō ad dandū: sed ad mutandū. nec ad triplū: sed ad centuplum usuras vñ dicit augu. **¶** homo quid feneraris hōi: fenerare deo usuras et centuplū accipies et vitā eternā possidebis. et idcirco nimis ē ingratus qui ad tales usuras nō vult cōmodare deo: ad q̄les mutuare iudeo uel sarraceno. **¶** Pro his omnibus carissime thesauriza tibi paupes in celo tanq̄ in tuto loco: opa misericordie faciendo nō in terra. **¶** Cor auari ē quasi fouea sine fundo, et quo plus recipit: plus cōcupiscit ut nunquā videat̄ impleta. Iuxta illud ecclesiastes. vii. **A**uarus nunquā implebit̄ pecunia. attende q̄ cor sequit̄ thesaurū. ue aut̄ illi qui in terra thesaurizat: qui p̄sequens cor suū in terra tā piculose exulauit. illic ḡ dixit crisos. **C**ongrega subam tuā ubi patriā tuā habes. qui enī collocat thesaurū suū in terra: nō habz quid speret. ut quid

enī accipit ī celum ubi nihil habet repositū:
 illud solū tuū reputa: qđ paupibus erogasti
 nō enī sunt hominis bona: que secū defer-
 re nō pōt. **E**t ambro. **N**ihil tantū cōmēdat:
 q̄ miseratio caritatis. nō memini me legisse
 mala morte mortuū qui libenter exercuerit
 opa pietatis. **E**t leo papa. **A**d dñm integros
 fructus premitit: a quo nunq̄ paup tristis
 recessit. tanta est virtus misericordie ut sine
 illa alie virtutes si sint: prodesse nō possunt
 q̄uis enī quis fidelis sit, castus, et sobrius. et
 maioribus aliis virtutibus p̄ditus: si tñ mise-
 ricors nō est mīam nō inueniet. **H**ec ī fauo-
 rē pauperū de virtutibus elemosine & operū
 mie dicta sufficiant. **N**unc ad p̄positū rede-
 amus. **Q**ui non accipit crucē suā et sequit̄
 me nō est me dignus. **I**sta crux p̄nie cito est
 assumenda et in tpe iuuētutis. quia tunc ho-
 mini magis p̄dest et deo magis placz. iuxta
 illud eccl̄i. ii. **M**emēto creatoris tui ī diebus
 iuuētutis tue. **I**tem dicit idem. fili ne tardes
 cōuerti ad dñm et ne differas de die ī diem.
 subita enī eius ueniet ira: et in tpe vindicte
 disp̄det te. **S**ed p̄tra hoc salubre sapiētis cō-
 filium diabolus imittit homini malā spem
 longioris vite dicens. iuuenis es: viues et fa-
 cies penitentiā et ibis ad confessionē. multi
 b. v.

nimis credunt isti aduocato. quia repromittunt sibi longam vitā pponētes se ī senectute emendare: quos mors repentina rapit et damnant. vñ dicit ecclesiastici. xxix. **R**epromissio nequissima multos pdit. Est ergo notandū q̄ talis repromisso diaboli lōgioris vite et in senectute penitendi: nequā est. quia p̄tra ius et rōnem. nequior: quia p̄tra ipsum pctōrē. s̄ nequissima: quia p̄tra dei bonitatē q̄ sit neq̄ et contra ius et rōnem apparet tribus exemplis. **P**rimū est. quia qui h̄ret decē asinos et totū onus imponderet debiliori: faceret cōtra iustitiā et rōnem. sic ille qui totū onus p̄niē pctōr̄ que cōmisit ī quatuor etatibus. adolescentia, iuuētute, virili etate, et senectute vult soli senectuti imponere: q̄n̄ iā debilis est et nō pōt laborare. et tales merēt maledictionē. sicut dicit zacharie p̄mo. **M**aledictus dolosus: qui habet in grege suo masculum et imolat debile dño. sic ille qui fortitudinē sue etatis transit et debilitatē senectutis sue pponit imolare deo. **I**sidorus. qui tēpus congruū p̄niē perdit: frustra ante dei ianuam cū precibus uenit. **S**cđm exemplū est. qui nō poss̄ leuare minus onus q̄n̄ multo fortior ē et potētior: et uellet illud leuare

qñ multo maius effz et ipse debilor factus fu
 isset: merito stultus et iniustus reputaret. sic
 est de illo qui onus pctōr & pñie qñ minus
 est et ipse fortior scz in iuuetute nō vult por
 tare et credit meli⁹ portare qñ onus erit au
 gmentatū. et assimilaf illi stulto de quo i vi
 tis patrū dicit: q scindebat ligna & de illis fa
 ciebat sarcinā et postea temptabat leuare. et
 cū videbat q nō poterat de facili portare ite
 rū scindebat alia ligna et apponebat ad sar
 cinā et postea temptabat. et qnto plus pon
 derabat: tanto plura addebat. sic faciūt pctō
 res quando primo sumūt pondus pctōr et
 pñie statum deponūt et pctā pctīs addunt.
 quia sicut greg. dicit. **P**ctm qd p pñiam nō
 delet: mox suo pōdere ad aliud trahit. **T**er
 tiū exemplū. **I**lle qui p totā vitā suam cum
 magnis ^{custodijs} parat sibi domū ubi nō
 intēderet morari ullo mō, et domū quā op
 tat et cupit ppetuo habitare destrueret pro
 posse suo: talis apte faceret ptra rōnē et me
 rito stultus et infamis deberet reputari. sic
 etiā est pctōr: qui usq; ad mortem differt cō
 uerti. ipse enī p totā vitā suam parat domū
 suā i inferno: cū tñ nullo modo uelit ibi ha
 bitare. ideo timeat sniam pauli dicētis. **Q**ui

expansio

facit contra conscientiam: edificat ad gehenam
Secundo quod ista longioris vite promissio ne
quior sit protra ipsum peccatorem: apparet per
duo exempla. **P**rimum est. quia qui plus se di-
ligeret infirmum quam sanum, seruum quam liberum, nihil
habentem quam omnium bonorum participem: talis ini-
quus esset contra seipsum. talis est peccator qui
tardat agere penitentiam. quia plus diligit se esse
in peccato quam est infirmitas spiritualis, uel potius
mors dicenda est, uel intantum peccator impius
est protra seipsum. eo quod magis se diligit mor-
tuum quam uiuum, seruum quam liberum, malum quam bonum.
unde dicit Io. in sua canonica. **Q**ui facit pec-
catum: seruus est peccati. **E**t augustinus. **B**onus ho-
mo etiam si seruit: liber est. malus homo etiam
si regnat: malus est et seruus, sed quod est peius
tot dominorum quot uitorum. **S**ecundum exemplum. ille
qui deberet magnam pecuniam ad usuras que
cresceret quotidie. nec posset persolvere: et tamen
tardaret quantum posset: talis faceret protra seipsum
sic est in proposito morari in peccatis quantum de-
bitum currit ad usuras. quia quanto diutius fue-
rit in peccato: tanto plus soluet de pena. apoc.
xvi. **Q**uantum se gloriauit et in deliciis fuit:
tantum date ei tormentum et luctum. **T**ertio quod
ista promissio longioris vite sit nequissima. quia
protra dei bonitatem apparet per tria exempla.

17.

Primū. quia si aliquis iuuenis dñm suū cui seruire tenet, et a quo oīa bona sua haberet p totam vitā suam impugnaret et inimico dñi sui seruiret, et postea senio cōfectus in fine vite sue uellet dño suo seruire, et suū seruitiū ei offerret iniquus cōtra dñm suū esset nec multū tale seruitiū dño suo placeret. sic est pctōr qui peccādo offendit deū et seruit inimico diabolo in iuuētute, et in senectute pponit seruire deo. **S**cđm est. si aliquis recepiisset dona maxima a dño suo ad multiplicandū et lucrandū, et qđ ipse deberet hñe lucrū supflue expenderet et p nihilo daret in contemptū dñi: impie ageret et cōtra ~~h~~ralitatē dñi sui: ingratus esset. sic est pctōr qui corpus et animā, sensus aīe, vires corporis, temporalia bona, spaciū vite: et alia multa et magna beneficia recepit a deo, et omīa ista expendit in contumeliā creatoris peccando multipliciter, aperteq; faciēdo cōtra bonitatē dei. **D**e aīa quippe q̄ tradita est nobis a deo quasi thesaurus preciosus: sic dicit greg. ve mihi si talentū mihi traditum in animā meam negligēter seruauero: q̄ preciofo sanguine agni incōtaminati appreciat. **D**e tempe dicit idem greg. **N**ō est tēpus tibi impēsum qđ nō a te exiget: qualiter expensum fuerit

Tertiū exemplum est. si ē aliquis seruus di-
spensator bonorū alicuius domini qui bonū
panē et bonū vinū, et meliora cibaria daret
extraneis et inimicis dñi sui: et dño suo da-
ret de pane corrupto & de furfure ad come-
dēdum et etiā de putridis carnibus et pisci-
bus. daret quoq; ei ad potandū de vini sui
fecibus: impie ageret et ꝓtra dñm suū. sic ē
pctōr: illud qđ pulchrius et melius ē de vi-
ta sua, id est iuuētutē et fortitudinē suā dat
mundo et diabolo qui sunt inimici christi:
et qđ peius est nouissimū vite sue preponit
deo suo dari. non sic faciebat dauid cū dice-
bat. **F**ortitudinē meā ad te custodiā, id ē ad
seruiendū tibi. et ecclīasticus ait. **N**oli offer-
re dño feces senectutis: sed vinū libaminū
floride iuuētutis. **E**t de pctōribus pñiam dif-
ferentibus. hec ait gre. **S**atis alienus est a fi-
de: qui ad agēdū pñiam tempus senectutis
expectat: cū nullum diem vite sue ī sua ha-
beat potestate. idcirco iuxta consiliū isidori.
Festinare debet vnusquisq; ad deū peniten-
do dum pōt. si dū potest noluerit oīno: cū
uoluerit tarde nō possit. **I**git̄ festina ad peni-
tentā carissime ne tardaueris ut nō cum fa-
tuis virginibus finaliter excludaris.

De contēptu et odio mūdi. Ca.iiii.

Nolite diligere mundū: neq; ea que in mundo sunt. **S**i quis diligit mūdū: nō est caritas dei in eo. et mundus transit et cōcupiscentia eius. p̄ma **Io. i.** Et hec uerba per tractās beatus aug. ait. **Q**uid vis: utrū amare t̄palia et transire cū tpe: an mundum nō amare et ineternū uiuere cū deo. amas seculum absorbebit te. amatores suos vorare nouit nō portare. mundus nempe q̄si excōicatus ē. quia sicut p̄ excōicato nō orat̄ in ecclesia: sic nec christus orat̄ p̄ mūdo: qui tñ pro suis crucifixoribus orauit. q̄stultū est etiā tali dño seruire: qui in fine seruū nudū et sine mercede eiicere cōsueuit, sicut facit mūdus, **vñ** loquit̄ ad soldanū rex babilonie cū apud damascū infirmaret̄ usq; ad mortē, et sciret sibi mortē imminere: signiferū suū vocat̄ dicens ei. **T**u soles ferre uexilla mea ad bella: fer nūc mortis mee uexillū, scz hoc panniculum p̄ totā damascū dices. **E**cce oriētis rex moriens nō fert secū nisi hoc vile pāniculū **S**imile fere legit̄ q̄ quidā rex lothoringie iuuenis cū esset in extremis respiciēs sua palacia et domos suas dixit pluribus audiētibus

Q dñe iesu: quantū contēendus ē mūdus iste. ecce qui tot habui palacia & hospitia ne scio quo debeā hac nocte ire, uel qui debeat me hospitio suscipe. **R**elinque ergo opctor diuū tuū, id est hunc mundū anteq̄ in tanta paupertate relinq̄ris ab eo. **Iacobi 4.** **Q**ui amicus est huius mūdi: dei inimicus constituit̄. **Et greg.** Tanto deo quis est pximus: q̄nto ab amore mundi est alienus. **A**d qd̄ significandū christus nudus extra ciuitatē pati uoluit et crucifigi ut ostēderet sibi nihil esse cōmune cū mundo: et q̄ quicūq; uoluerit sequi passionis fructū: debet exire mundum, saltē p̄ affectū et mundanā cōuersationem. vnde dicit dñs ieremie. **F**ugite de babilonia et saluet vnusquisq; animā suā. babilon secundū hiero. interpretat̄ domus cōfusions et significat hunc mundū in quo iā ubiq; cōfusio regnat, tā in clero: q̄ in populo, tam in religiosis: q̄ in secularibus, tam ī senibus: q̄ in iuuenibus, tā in uiris: q̄ in mulieribus. ita ut merito dicat iohānes ī canonica sua. **T**otus mūdus in maligno positus ē. **et idcirco** consulit bern̄. fugiendū esse ad vitā religiosam: dicens. **F**ugite de medio babilonis. i. de seculo et saluate aīas uestras. conuolate

1. cap: 2

Bernh:

ad urbes refugii, id est ad vitam religiosam
ubi possitis de preteritis agere peniam et fu-
turam gloriam fiducialiter postulare. non uos
penitentiae austeritas deterreat. quia non sunt
condigne passionibus huius temporis ad prete-
rita culpam que remittit, et ad futuram gloriam
que promittit. **S**ciendum quod mundum debe-
mus fugere propter quatuor. **P**rimo enim so-
lent sapientes recedere a loco infecto pesti-
lencia uel fetore. et maxime quando uel egros se-
sentiunt uel egrotaturos se agnoscunt. talis est
mundus qui tot mala peccantium habet. uide-
mus enim tot fetores inficientes animam nostram
quos recipimus. idcirco cum peccatum sit morbus
contagiosus: frigida est societas malorum. quia
non est tutum sanis cum leprosis habitare. **E**t
eccliaistici. xiii. dicit. **Q**ui tetigerit picem in-
quirit ab ea. et qui communicauerit cum superbo
induet superbiam. **E**t hiero. **C**erte nihil tam no-
cet hominibus quam mala societas. talis enim effi-
citur homo: quali societate profuitur. nunquam
cum agno lupus habitat. uir castus societa-
tem luxuriosorum aufugit. plusquam impossibile pu-
to uirum diutius in bonis permanere: qui ope-
ribus malorum assidua peruersatione utitur. **V**o-
ciferat psalmista. **C**um sancto sanctus eris, et

*Mundus dicitur apud
quatuor fugere:*

cū peruerso puerteris: et cū viro electo electus eris. sicut enī noc3 mala cōuersatio: ita pdest bona. nihil pōt compari huic thesauro, qui bonā inuenit societātē: vitā inuenit, diuitiis affluit. et ut certe uere dicā. raro hōmo bonus uel malus efficit: nisi ob societatis causā. **p**ueri enī cor tanq̄ tabula ī qua nihil depictū ē fore dicit. illud ergo qđ a societate recepit vsq; ad senectā recipit siue bonū (ait hiero.) siue malū. debemus ergo nos elōgare a mūdo malo ppter malī vicini molestiam. nullus aut̄ vicinus ita pōt nocere sic uicinitas pctōr; quorū mundus plenus est.

Secundo solent sapiētēs recedere a locis in quibus timēt se tradi in manibus inimicor; suor; qđ facit mundus. ppter quod sibi cōgruit illud iude traditoris. **Q**uēcūq; osculatus fuero ipse est: tenete eū. que uerba dicit mundus demonibus. nam qđ mūdus osculatur in presenti, id ē exaltat honoribus: hostibus eius sc3 demonibus tradit. vnde hiero. **S**ignū manifeste dānatiōis ē in hoc mūdo sua bñplacita assequi, et a mundo diligenter errat in via qui p diuitias et delicias festinat ire. hec hiero. **T**ertio solent sapiētēs se elongare ab aliquo loco ppter aliquod piculum:

mundus aut locus est periculosissimus: qui
 mare dicitur. vnde psalmista. **H**oc mare ma-
 gnū et spaciosum manibus. periculū huius
 mundi siue maris (iuxta uerbū bernardi) pro-
 bat transeuntiū raritas, et pereuntiū multi-
 tudo. in mari marsilie de quatuor nauibus
 vix exit vna. **I**n huius mundi mari de qua-
 tuor aīabus vix saluat vna. quasi enī locus
 diluuii ē mūdus iste ubi pauci respectu peū-
 tiū saluant. mundus est sicut fornax babilo-
 nica igne infernali succēsa: ideo ualde timē-
 dū est homī in eo/ q̄ ad sibilū vnus uerbi ac-
 cendit igne ire: ad vnus mulieris aspectum
 igne luxurie. ad aspectū vnus rei preciose
 igne concupiscentie. **Q**uarto elongat se ho-
 mo diffidatus ab aliquo propter inimici ca-
 pitalis timorē. **I**nimicus noster capitalis est
 diabolus pnceps mūdi: qui mortē nostram
 minat. a quo nos elongamus: dum mūdū
 deseruimus. eccl. ix. **L**onge esto ab homine
 potestātē habente occidendi. homo iste est
 diabolus: qui sic dicitur: quia ab hoīe deuincit
 math. xiiii. **I**nimicus homo hoc facit. pptēa
 sciendum est q̄ aliter nō pōt perfecte vinci
 mundus nisi p exitū ab eo. vnde legit in vi-
 tis patrū q̄ beatus acrimus adhuc ī palacio

imperatorꝝ exiſtens rogauit deũ dicẽs. **D**ñe obsecro dirige me ad salutẽ. et uenit uox dicens ei. acrimẽ fuge homines et ſaluaberis: ipſe autẽ ſtatim ad monachalem uenit uitã. Item deũ orauit dicẽs. **D**ñe dirige me ad ſalutem. et uox iterũ dixit: acrimẽ fuge, uince, tace, quieſce. hec enĩ ſunt radices nõ peccandi. nã in fuga uincit cõcupiſcẽtia carnis ſilentio ſupbia uite, quiete deſiderioꝝ auaricia. **I**tem iſidorus ad contemptũ mũdi nos exhortã: ait. **S**i uis eſſe quietus nihil ſeculi appetas. abiice abſ te quicquid bonũ ppoſitũ impedire poterit. eſto mortuus mũdo et mundus tibi. mũdi gloriã tanq̃ mortuus nõ aſpicias. uiuens contẽne: qđ poſt mortẽ nõ poteris hãre. **D**e huius mũdi uita dicit hiero. **O** uita mũdi nõ uita ſed mors. uita fallax: uita onuſta triſticiis, imbecillis et ymbratica uita mẽdax: nũc ut flores ſtatim areſcis, priuans uitã cui ineſt. uita fragilis, uita momẽtanea et caduca: que q̃nto magis creſcis: tãto magis decreſcis. cũ plus pcedis: plus ad mortẽ appropinquas. o uita plena laqueis: quot in mundo hoĩes illaquearis. quot p te iã ſuſtinent tormẽta infernalìa: q̃ beatus qui tuas agnoſcit fallacias, q̃ beator qui de tuis

Hieronymi

non curat blandiciis: q̄ beatissimus qui a te
 bene puatus est. **E**t augu. **M**undus clamat
 ego deficiā: caro clamat ego inficiā: miser
 quē sequeris. **O** carissime si hec que iam le-
 gisti nō te moneant ad contemptū mundi,
 et eorū que in eo sunt: audi bernardum de
 amatoribus mundi dicentē. **V**e illis quibus
 preparat̄ dolor uermiū, ardor flammaram,
 fitis cōtinua, fletus et stridor dentiū, horribi-
 les facies demonū: ibi mors optabat̄ et nō
 dabit̄ ei ullus ordo: sed sempiternus horror
 quis putas tūc erit meror: que tristitia: quis
 luctus: qñ separabit̄ iniustus a consortio iu-
 storū et tradent̄ iniusti ptāti demonū et ibūf
 cū eis ad eternū suppliciū: gaudia paradisi
 nunq̄ suscepturi: sed ppetuo cruciandi: ibi
 torquēs nec perimens fatigabit̄. qui torque-
 bit̄: nō moriet̄: s; sine spe uenie uiuēt et nō
 moriētur. morient̄: et nō cōsumētur. **I**sido-
 rus. si habes sapiētia salomonis, fortitudinē
 samsonis, si longitudinē vite enoch, si ptho-
 lomei ptātem, si diuitias cresi. quid pdest tū
 bi si caro tua daretur uermibus: aīa demoni-
 bus cruciāda cū diuite sine fine. **I**tē mone-
 re te debet ad despiciendū hunc mundū et
 ea q̄ in ipso sunt breuitas t̄pis et vite, et icer-
 titudo mortis. vñ gre. **R**eprobōrū mētes id

circo multa nequiter agūt: qui se hic viuere
diutius arbitrant. iusti uero quia breuitatem
uite sue considerāt: elationes et imundicie
culpās declinant. **D**e breuitate huius uite
dic̄ bt̄s iacobus. iiii. ca. canonicē sue. Quid
est uita n̄ra nisi uapor ad modicū parēs: de
inceps exterminabit̄. **E**t augu. **V**ita homis
ita breuis ē ab infantia usq; ad decrepitā se-
nectutē. adam si adhuc uiueret et hodie mo-
r̄ret̄: quid illi longitudo uite p̄fuisset. Idem
quicquid t̄p̄e uiuit̄/ de spacio uiuendi denun-
tiat̄, ut oīno nihil aliud sit uita p̄ns: q̄ cursus
ad mortē. in quo nemo stare paululum, uel
tardius ire p̄mittit̄. sed uigent̄ om̄s pari mo-
tu singulis diebus facere dietā ad corporis
mortem. **S**eneca. **Q**uotidie morimur: quia
quotidie demit̄ aliq̄ pars uite. **E**cce dilectis-
sime si bene te inspexeris, et uerba tibi iam
dicta ac etiā postea scribenda cordis auribus
diligenter p̄ceperis: potius deberes dicere.
uado ad moriendū: q̄ crederes p̄ longū tem-
pus uiuere. et forte diceres hec uerba ultia:
uado ad moriendū. tu aut̄ estimas diu uiue-
re et hec t̄p̄alia bona et mūdana gaudia an-
nis multis in deliciis possidere. sed carissime
nō sic. homo enī (ut ait psal.) uanitati similis
factus ē: dies eius sicut umbra pretereūt.

De falsa mundi gloria, potentia, et dignitate, et caducis eius diuitiis cōtemnendis

Ca. quintū.

Ubi sunt p̄ncipes gentiū qui dominant sup bestias q̄ sunt ī terra. qui ī auibus celi ludunt. qui argentū thesaurizāt et aurū in quo cōfidunt homines, et nō est finis acquisitionis eorū. exterminati sunt: ad inferos descenderūt, et alii in loco eorū surrexerunt ut scribit̄ baruch. iii. Et hec uerba p̄tractans in somnis suis sic ait. **U**bi sunt insupabiles oratores. ubi qui cōueniētius festa disponebant. ubi equorū splēdidi nutritores. ubi exercitū duces. ubi satrape et tyranni. nonne om̄es puluis et fauille. nōne in paucis uersibus est eorū mēoriavite. respicito sepulchra eorū et videte quis seruus, quis dñs, quis diues, quis pauper. et disce si potes villicum a rege, fortē a debili, pulchrū a deformi. **S**ciē dum ē q̄ hūana gloria ex quacūq; re pueniat est fugienda. p̄mo quia vilissima est ī sua p̄ditione. sc̄do quia falsissima ī promissione. tertio quia uanissima et fragilissima in duratione. q̄rto quia malignissima in retributiōe. **D**ico p̄mo q̄ mundana gloria nobis ē ideo fugienda. quia vilissima et hoc de sua natura. scribit̄ enim. i. machabeorū. ii. gloria eius

c. ii.

*Gloria mundi et
di causis fugienda.*

*Mundi gloria sicut
putrido ligno:*

stercus et uermis. hodie extollit: cras non inuenit. **Q**uid in rebus stercore detestabilius: quid in animalibus uerme uilius: ergo si inanis gloria hominis in stercore et uerme consistit hominibus non est appetenda: sed fugienda. **E**st autem mundi gloria putrido ligno similima: de quo propheta docet et experientia comprobatur quod de nocte lucet: sed putridum appet in die. **Q**uid enim est putridum hominem uana gloria de nocte lucere habere nisi in hoc tempore (quod nocti umbrato est simile) gloriosus incedere, et luminosus infirmis oculis appere qui non possunt nisi secundum ea que foris sunt iudicare. sed quando dies iudicii aduenierit in quo deus illuminabit abscondita tenebrarum et manifestat consilia cordium. tunc qui nunc uidentur gloriosi: apparebunt putridi uilissimi, et penitus non curandi. **I**tem tales mundi potentes sunt lucipete similes que uolando in nocte lucet: et in die latet, ac tota nigra apparet. **¶** si hec attenderet qui in caducis suis diuitiis gloriantur quicumque quadam feditate carnis (postmodum reuersure in cinerem) nobilitate, potentia, et dignitate extolluntur: et contemnendo alios deprimunt, qui in futuro uilissimi, nigri, et putridi apparebunt: non puto quin modo cordialiter detestarentur gloriam huius mundi tempalem hoc sciens quod im-

possibile est (sicut dicit hiero.) ut homo in celo et in terra appareat gloriosus. **S**ecundo dicitur quod gloria mundana est nobis fugienda. quia est fragilissima: nec est ulla stabilitate firmata. sic namque est defectiva ut quaelibet vaporosa, uel fumosa substantia. fumus enim quanto plus se in altum erigit: tanto plus definit donec penitus euanescat. flos magni odoris et ad tempus innumerabilis uenustatis: ad modicum tactum uenti uel solis arescit, et omnis gloria eius perit. sic: mundi gloria. **I**saie quarto. **O**mnis caro fenum, et omnis gloria eius sicut flos feni. exaruit fenum et flos cecidit et omnis gloria eius perit. **A**matores ergo huius temporalis glorie similes sunt feno tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. unde ecclesiasticus. **O**mnis potentatus breuis uita regis est hodie: et cras morietur. nam ubi est nunc gloria regis assueri qui per centum et viginti prouincias imperabat. ubi illius gloria magni alexandri: in cuius conspectu omnis terra siluit. machabeorum primo. ubi nunc gloria totius imperii: quod admodum fere omnia regna terre perdomuit. ubi sunt principes mundi qui dominabantur supra bestias nonne omnes tam peregrini quam hospites unius

c. iii.

cap. 10

diei ueloci fine transiuerunt: uere sic. nam vnus ex eis nō remansit: quia ī uanitate defecerunt dies eorū, et anni eorum cum festinatione. nam cum uiuere mori: mors nulli parcat honori. **M**ors fera mors nequā mors nemini parcat vnquā. **E**t dat cunctis legem tollit cū paupere regem. **T**ertio mundana gloria ē nobis ideo fugienda, quia falsissima nulli seruans promissa: sed omēs homines fallens in via. quem enī impatorū, quē principum nō decept. longam enī et honorabilem vitam, pacificam, et securam potētiam promittit suis: cum vnū momentū temporis uite addere nō possit. **Q**uis in temporalis gloria alexandro similis, qui vnquā ullum bellum perdidit: sed cū paucis multitudinē deuicit. nullam ciuitatē obsedit: quā non ceperit. nullam puinciam inuasit: quā nō sue dominationi submiserit, et tamē quādo omnia se subiugasse credidit, et pacifice vitā ducere sperauit: tunc in momento ueneno deperiit. quid igit hanc mundi gloriam sequaris: a qua in morte iuuari nō poteris. vnde petrus blesensis in quadam epistola. **G**loria mundi fallax et seductoria, suos decipit amatores. quicquid enī uel in futuro pmit-

tit, uel in presenti pretēdit: totū ad nihilum
 deueniet tanquā aqua decurrens. **Q**uarto
 mūdana gloria nobis est ideo fugienda, et
 cōtemnenda: quia malignissima in retribu-
 tione. quia nō perducit ad gloriā: sed penā
 et confusioē sempiternā. vnde osee q̄rto.
Gloria in ignominia seu confusioē: poten-
 tia in impotentiā: sapientia in stultitiam: et
 omnis dilectio in maximā penam. nam et
 iuxta mensuram culpe: erit mensura pene.
 hierony. enim illos alloquit̄ temporalis glo-
 rie amatores dicens. **V**e ue uobis qui ad ce-
 lorum regna diuitiarū itinere festinatis: q̄n
 facilius est camelum intrare p̄ foramē acus
 q̄ diuitem intrare regnū celorum. non mea
 hec uerba sunt: sed christi. si hec reuocabilis
 est sententia: christus omniū non est deus.
 celum inquit et terra transibunt: uerba aut̄
 mea nō transiēt. **V**lulate o uos miseri uēto
 instabilis fortune. nobiles et potētes, qui ali-
 os p̄funditis, et tanquā ignobiles cōculcatis,
 et huius mundi uanitatibus, honorumq; et
 falsarum dignitatum fumo obcecati: cum
 vestre uite breuissime tela morte uelut a
 texente forte hac nocte scindētur in infer-
 no sine interminabili pre aliis cruciabimini
 c.iiii.

Hieronymus?

cōtinue moriendo viuētes in laboribus ho-
minū. in mundo nō estis: imo nō solum cū
hominibus labores nō fertis: sed et laboran-
tes viuere nō pmittitis. idcirco nō cū homi-
nibus: sed cū diabolis flagellabimini. quāto
enī in mundo maior fuerit gloria et letitia:
tanto in inferno prepatata pena. **S**ed quid di-
cā. duodecim fatemur christum apostolos
elegisse: quorū omniū vnus solus bartholo-
meus carnis origine fuit nobilis, et scūs ma-
theus diuitiis (antequā reciperet apostolatū)
insistebat. ceteri uero erant paupes piscato-
res. **C**ur hec retuli audiatis. si christus est ue-
rax et omnia que ex ore eius audiui: mēda-
cia nō sunt. huius mundi hominū vix vnus
aptus reperit sub nube qui uere eorum vite
mūde credat: sed post modicū tempus ī tor-
mētis sentient se positos. **S**ed forte quis ue-
ritatis lumine cecus mirabit: ad quem ego
si ex hoc me interrogaret responderem. nō
ne vnico credimus damnari hominē mor-
tali peccato. sed si hoc inquiet: ita ē. vix sal-
uabitur vnus de centūmilibus. sed quid di-
ues et mortalis fame aura pastus: aliud est
quā quoddam omniū peccatorū uas putridū,
ubi supbia ē, ubi luxuria, ubi auaricia. nōne

in diuitibus, nobilibus, potentibus. nōne et latrones sunt qui pauperū mercedem violēter depredantur et eos deprimūt atq; necāt quod ex ubertate domus domini faciūt qui ut pauperibus necessaria ordinarēt: receperunt. **C**erte sūperfluitatem uestimentorū sūperfluitati ruine addunt, de paupibus frigore et nuditate morientibus nō curantes: palacia et magna engūt edificia: ut humanis oculis contemplant, et pauperes in plateis moriantur incōmodis. cōuiuia aliis frequēter preparāt diuitibus ut ferculis delicatissimis suam uentris repleant ingluuiem: quibus pauperes fame pereūt. quid aliud est q̄ peccata vita eorum: si uenter repletus est tanta ciborum copia: nōne adest ad fores luxuria quid ergo amplius loquar. omniū enī mortalium lingua deficeret: ut peccata que fecerunt: intimaret, nec deum nisi somniando cognoscunt, nec se ut puto morituros arbitrantur. ille enī facile in peccatis labitur: qui se moriturū nō cogitat, et deū sibi fore iudicē ignorat. vere nimis est imbecillus, et miser cui horum nō est memoria: si cuncta diabolica temptamenta nō facile vilipendit. idcirco uere dicam si deum suum iudicem uere

agnoscerent et si seniori crederent: nō peccarent saltem tam secure. **C**ur hi miserissimi ad ecclesias properāt ut diuinis interfint miseris: an ut contemplant mulierum ualorem. hec sua meditatio, hec sua predicatio, hec dei cognitio. sic diuinam percunctantur legem: ut pecuniā, terras, et mare peragran-tes crebris vigiliis et meditationibus sibi et filiis suis diuitias congregent certantes. uestimenta sua in societate mira artificii uarietate frequenter mutant: qui et ludos hastulā di, choreas, procatiōes, ebrietates, magna cō-uiuia, delicata fercula suis alternatim exhibeant sodalibus: mulieres ad suam uoluptatem explendā sufficienter habeant. **S**ed uere miseri quid facitis: nō agnoscitis, corpus ante tempus destruitis, et animā interficitis, unde infirmitates et mors tam intempe-rua: nisi ex nimia ciborum copia, et frequen-ti mulierum usu. deū deludere creditis: cer-te deluditis uosmetipsos: p corpore obliuiscimini animā: et ecce corpus cum aīa ante tempus destruitis. et ideo gaudete, iocunda-mini, et letamini ī hoc breuissimo temporis spacio quod habetis: ut postmodum cū dia-bolo sine fine temporis lugeatis. **Q**uid faci-

tis ne differatis, frequentissime uestimenta
 permittatis: ne forte dispereat nobilitas: ne
 sint qui uos excedant ut in inferno uerecū-
 diam recipietis et confusionē, ubi conuiuia,
 ubi delicata fercula, ubi uina preciosa et mi-
 xta aromaticis oppipere. epulemini & inebri-
 amini: nō enī post mortem amplius hoc fa-
 cietis: sed cum diuite qui quotidie epulabat̃
 splendida: in gehenna guttā aque minimā
 preoptabitis: nec habere poteritis. seminate
 in corruptione: et de corruptione colligetes
 in die iudicii cum uobis dices. **I**te maledicti
 in ignē eternū qui paratus est diabolo et an-
 gelis eius. **H**eu cor lapideū si illum diem ex-
 pectas: diem terribilem et horribilem, ī quo
 nō solum de luxuriis, uestibus, ebrietatibus,
 et comessatiōibus, et de tempe omisso quo
 uixisti: sed etiā oportebit de qualibet locuti-
 one uana reddere rationē. **C**ur nō emenda-
 ris: cur moraris miser de die in diem uerti
 ad dominū. cur te iam malorū non penitet
 ecce mors p̃perat ut te conterat die nocteq;
 currens. ecce diabolus iam p̃perat ut te reci-
 piat. ecce diuitie tue tibi deficient. ecce uer-
 mes corpus qđ tanta nutris diligentia expe-
 ctant ut illud rodant quousq; coniunctū aie

cū illa pariter penas habeat infinitas. **Q**uid errando per huius viam seculi in uanitatibus petis solacia, diuitias, gloriam, et cetera tibi placita nō inuenies hic: quia hic nō sūt. sed si uera queris gaudia: ad illam celestem gloriam q̄totius propera. certe illa gaudia uera sunt. quia oculus nō uidit, nec auris au diuit, nec in cor hominis ascendit. dimitte queso caduca et momētanea: ut habere ualeas ppetua et eterna. **S**ed quid eis qui nec timore, nec dei amore, nec mortis, nec tormentorū subsequentiū cū timore a peccatis cessant: sed dolent sc̄ q̄ (ut optant) prauam nō possunt ducere vitam. **V**e ue miseri qui hic ridetis: quia plangetis. ue qui ista optatis temporalia gaudia: quia uobis inuitis sustinebitis tormēta infernalīa. **E**cce uobis restat modicū temporis: implete mensurā uestrarum miseriarum seu maliciarum: ut ueniat sup uos omnis indignatio diuina. fruamini hoc in paruo tempore iocis, et ebrietatibus, preliis, cōtentionibus, choreis, et procationibus: nec uacuū preterire tempus permittatis. quid moramini dum uiuitis: cōgregate filii uestris honores, diuitias, et potentias: uestram augmētate nobilitatem et famam, ut et filii uestri possint que fecistis explere:

27

quāto cū illis in inferno ampliora patiamini tormēta. **S**ed forte quis dicet. **B**enignus ē deus et misericors qui omnē peccatorem ad se redeuntē recipit et indulget: uerū hoc quidē esse fateor q̄ benignior est dñs q̄ credit et vniciq; parcat ad se (et eū decet) redeunti. nōne benignissimus est dñs qui tantas iniurias tolerat a pctōribus dans eis tempis spaciū ut emendant. sed hoc noueris: quia sicut benignus ē tolerando: ita iustus est puniendo. **S**ed quis iterū dicet: q̄ vir qui toto tpe vixit minime benefecit: in mortis tñ articulo (accepta pñia) a deo ueniā obtinebit heu q̄ uana suspiratio et falsa meditatio. vix de centū milibus hoīm quorū mala fuerit vita merebit indulgentiā h̄re vnus vir totus ī peccato genitus et enutritus: qui non scdm deū vixit nec cognouit, nec de eo audire uoluit, nec se peccare agnoscit, nec quid pñia sit (nisi forte dormiendo) nouit, totus adhuc secularibus inodatus negociis: quē āgustia premit filiorū quos deserit: quē infirmitas cōterit, quē dolor diuitiarū et tpaliū bonorū ꝑcutit, cū eis nō posse amplius frui se cernit quā a deo accipiet pñiam: quā nō accipet si adhuc sanari crederet. certe ꝑcludā: qui dū

fanus ē et iuuenis: deū offendere nō formi-
dat, ī morte nō merebit diuinā obtinere in-
dulgentiā. q̄ nāq; est p̄nā quā solā quis acci-
pit: quia se viuere amplius nō posse cernit:
qui si ex infirmitate conualesceret: peior q̄
p̄s fieret. scio enī modicos pecuniosorū in
mortis articulo accepta p̄nā cōualuisse cor-
pore, et peiorasse vita. hoc teneo, hoc uerū
puto: hoc multiplici experiētia didici q̄ eis
non est bonus finis: quibus semp mala fuit
vita. qui peccare nō timuit: sed mūdi uani-
tatibus semper vixit. hec oīa hiero. **P**ro his
omnibus dilectissime mi si recte sapes: si
tecū lumen oculorū est: contēne et relinque
hec oīa, sc̄z caducas mūdi diuitias, falsā eius
gloriā p̄pter eū qui ē sup oīa. et quid p̄dest
homini si lucret vniuersū mundū: aīe vero
sue detrimentū patiat. scito te hominē & ho-
norē huius seculi esse impedimentū gr̄e. et
qd̄ deterius est: pemptoriū salutis et̄ne. quē
enī legimus a secularibus deliciis ad eternas
delicias demigrasse. **O** q̄ fallax et vana ē glo-
ria quā hoīes ab inuicē petunt et accipiunt,
et gloriā q̄ a solo deo ē nō querūt. homo si
aliis vult preferri: nōne collega ē: qui dixit.
Ponā sedem meā ab aquilonē et similis ero

altissimo. sed cuius ascēdit cathedrā: eiufdē
 timeat precipitiū et ruinā. **A**ugul. **O** q̄ felix
 q̄ beatus qui solo desiderio eternitatis mar-
 descit, qui nec p̄speritate attollit: nec aduer-
 sitate q̄assat. et dū nil habet in hoc mūdo q̄
 diligit: nil est in mundo qd̄ p̄timescat. glo-
 ria huius mūdi uihil aliud est quā quedā ua-
 na auriū inflatio. **P**ergo q̄tū excecatus es si
 huius seculi gloriā queris. nā ut ait anselm⁹
Nō potes esse ī honore sine labore, in prela-
 tione sine turbatione, in sublimitate sine ua-
 nitate. vñ carissime si prudenter piculū tuū
 qd̄ de tpali mūdi honore incurris auerteres
 p̄culdubio a seculi uanitatibus te cohiberes.

**De morte semper et ubiq; timenda et ex-
 pectanda.**

Ca. vi.

Memor esto qm̄ mors nō tardat. scribit⁹
 ecci. q̄ multa bona p̄ferat homini me-
 ditatio et mēoria mortis. qd̄ in multis sacre
 scripture locis declarat. vñ ecci. i. dicit. **M**e-
 morare nouissima et ineternū nō peccabis.
 vbi bern. ita ait. **S**ūma felicitas ē meditatio
 mortis assidua. hāc homo secū ubiq; portet
 et ineternū nō peccabit. **E**t aug. **N**ihil tam
 sic reuocat a peccatis: sicut frequēs medita-
 tio mortis. hec est enī illa que facit hominē

humiliare: oīa p̄tēnere, et p̄niam agere siue
acceptare. **E**t hiero. **F**acile cōtemnit oīa qui
se semp cogitat moriturū. nā cōcupiscētia
oculorū contēnit: qm̄ quis cogitat se tā bre-
uiter omnia relicturū. p̄cupiscētia carnis: qm̄
quis considerat q̄ corpus suū p̄priū q̄si ī in-
stanti erit cibus uermiū. sup̄bia vite: dū hoc
quis corde cogitat: q̄ ille qui uult modo esse
sup̄ alios ponet in terrā subtus pedes oīm.
utinā attenderēt om̄s reges et principes de
diuitiis abundātes in hoc mūdo: quō a tam
amplis palaciis sunt deferēdi ad sepulchrū
tā strictū. et a palaciis tā luminosis et fulgi-
dis ad sepulchrū tā horridū et obscurum, et
a palaciis pictis floribus et imaginibus ordi-
natis: ad sepulchrū tam fetidum. et a pala-
ciis sic rebus om̄ibus refertis: ad sepulchrū
tam indigens et egenū. et a palaciis filiis et
famulis ordinatis: ad sepulchrū sic vacuū
et sic filiis et famulis derelictū. **Q**ubi est illa
preterita pompa, ubi preterita gloria, ubi fa-
mulorū sequentiū turba, ubi uestimenta illa
tam fulgida, ubi cultura illa. nam qui paulo
ante uiuebat in deliciis in palacio: totus mā-
ducat a uermibus in sepulchro. **E**t innocen-
tius. **H**eu fratres attēdite: ecce qui paulo an-
te inclutus & diues residebat ī domo: ecce q̄

pauper iacet in tumultu: et qui gloriosus incedebat in aula: ecce quod deformis et despectus iacet in tumba. et qui uescebat deliciis in cenaculo: ecce presumitur uermibus in sepulchro

De hac etiam memoria mortis sic scribit petrus damianus ad quandam comitissam. Penitentia sepe est cum iam peccatrix anima vinculo incipit carnis absolui: quod amaro timore concutitur, quantum mordacis consentiente stimulo laceratur. recollit uetita que commisit: uidet mandata que negligenter implere contempsit. dolet indulta penitentia tempora sese inaniter percipisse: plorat immobilem districte ultionis articulum inuitabiliter imminere. fatagitur exire compellitur. reparare uult tempora perditam: sed non audit. post terga respiciens totiens transacta uita cursum: uelut unum breuissimi itineris deputat passum. ante se oculos dirigit: et infinite penitentia spacia deprehendit. plorat ita quod quod in tam breui temporis spacio acquirere potuit omnium letitiam sanctorum. deflet etiam se propter tam breuis illecebre uoluptatis incurabilem perpetue suauitatis amisisse dulcedinem erubescit: quia propter carnem que uermibus erit obnoxia: animam neglexit que choris angelicis erit deferenda. iam radios mentis attollit et

cum diuitiarū immortalium contemplatur
eamq; propter huius vite inopiam se perdi
disse confundit. **C**unq; sub se reflectit ocu
los ad huius mundi uallem, terre q; caligi
nem, super se uero miratur iterum luminis
claritatē liquido apprehendit, quia nox erat
et tenebre qđ in hoc mūdo amauit. interea
oculi cōtabescūt et vertunt in capite, pectus
palpitat, raucū guttur anhelat paulatim, dē
tes nigrescūt: palescūt ora, membra cuncta
rigescūt, uene rumpunt in corde, cor scindi
tur in dolore. dū hec itaq; et huiusmodi tan
q̄ vicina morti precedētia famulant officia.
assunt oīa gesta simul et uerba, nec etiā ipse
- cogitationes desunt: que omnia amarū ad
uersus actorē reddunt testimoniū. coaceruā
tur cuncta ante respiciētis oculos, et qui cō
spicere refugit: coactus et inuitus attendit.
adest preterea huic horrenda demonū tur
ba: illic uirtus angelica in illo, qui medius ē
liquide apprehendit cui ptinentie ipsa pos
sessio iudicet. nā si in eo pietatis inueniūtur
insignia uisitationis angelice blandiciis deli
nit, atq; harmonice et melodie ne exeat p
uocat. qđ enī sinistre parti meritorū nigredo
et fedditatis squalor adiudicet intolerabili

mox terrore concutit^r repentini impetus vi-
 olentia pturbatur, precipitat^r, inuadit^r ac de
 misere carnis ergastulo violenter exire com-
 pellit. tunc aia uadit ad labia et interrogant
 labia. quid vis o anima: respondet anima et
 dicet: exire me oportet. dicunt ei: non per nos
 intraſti: nec p nos exibis. uadit ad aures: ſi-
 militer. et ad nares: que rident ſicut labia.
 tandem ueniet ad oculos p quos exit. quia
 ipſis intrauit. poſtea reſidet ſupra uerticē ca-
 pitis et circūſpiciens huc et illuc: accipit ma-
 gnā trifutiā ſi eſt dānandi: dicēs ad ſeipſam
 o tu maledicta ania excōcati latronis, furis,
 adulteri, fornicatoris, periuri, feneratoris. qñ
 ſic circūſpicit illa infelix aia: uidet ueſtē ſuā
 quā habuit in fonte baptiſmatis candidā et
 et immaculatā nigriorē pice et coruo. tunc
 miſerabiliter ſuſpirat dicens cū horribili fle-
 tu et clamore. heu heu quis mutauit ueſtē
 meā: nōne ueſtis mea cādidiōr erat niue et
 mō immūdiōr ē pice et nigrior coruo. tunc
 ei apparet diabolus ille qui eā ſeduxit & quē
 ipſa ſecuta eſt in hoc mundo angelus ſc3 ſa-
 thanas dicens ei. **N**oli mirari ania mea ego
 ſū qui prepaui tibi hanc ueſtē: ſ3 tu nō ſola
 eſ tali ueſte induta: ſed maior ps mūdi. tūc

dicat aia. quis es tu. diabolus ridet: nonne ego iam tibi dixi quia ego sum qui prepaui tibi has uestes, et via mea ostendi tibi: mihi quoque in omnibus obediisti, et credidisti, et laborasti mecum, et omnem prolium meum fecisti. et ideo habitabis mecum in regno: ubi tristitia sine letitia, ubi fames sine cibo, ubi sitis sine potu, ubi tenebre sine luce, ubi fetor sine bono odore, ubi dolor sine solacio, ubi plactus sine remedio, ubi fletus sine interuallo, ubi clamor sine silentio, ululatus sine modulata, ubi ignis inextinguibilis sine refrigerio, ubi uentus ualidus sine tranquillitate, ubi frigus sine medio, ubi calor sine termino, ubi omnem malum sine omni bono. **O** amica surge ueni mecum: ecce angeli inferi ueniunt obuiam tibi et cantabunt tibi carmen doloris et tristitie: canticum amarum ualde. **T**unc etiam apparebit ei angelus dei cui ipsa fuit commissa a deo et dicet **B**eati qui vitant hanc in mundo uestem turpissimam. **O** quam infelix es amica diaboli. o maledicta creatura: que a deo omnipotenti es maledicta. tecum fui et non vidisti me. docui te et noluisti intelligere me. consului te et noluisti audire me. uade ergo in manus demonum, et uade in locum tormentorum: qui patus

31.

est tibi iam ex opibus tuis iudicaris. **E**xtunc
uero quis explicare ualeat: quod amare iniquo-
rum spirituum acies insidiis lateant: qui fremen-
tes cum infernalibus telis instructi tunc insur-
gunt: a quibus infelix anima ad eterna sup-
plicia cum amaritudine protrahitur: et deri-
sorie improperantibus peccata sua, et dicen-
tibus. **O** quod superbisti quousque. o quod splendide
epulata es. o quod curiose uestita fuisti. o quod for-
tis, quod felix fuisti. dic nobis cur non modo epu-
laris: cur non uarie nestiris: cur non habes cura-
ram de diuitiis tuis: cur modo non consolaris
cum uxore tua, cum filiis, et filiabus, et amicis
cur non loqueris eis. **A**nima uero misera cor-
pori suo maledicet ita dicens. **O** templum dia-
boli: opera tua polluerunt me. o maledicta
terra. o habitatio sathane surge cito et ueni
mecum ut videas loca tormentorum que sunt
mihi preparata propter te: in quibus ego
ero usque in diem iudicii. tu uero eris extunc
in eadem damnatione in eternum. **M**aledicti
sunt oculi tui qui noluerunt videre lucem
ueritatis: et uiam iustitie dei. maledicte sunt
aures tue quod noluerunt audire uerba eterne
uite. maledicte sunt nares tue que noluerunt
d. i.

odorem sanctarū virtutū admittere. maledicta sunt labia et lingua tua: quia nō gustauerunt eterne patrie gaudia, et que non aperuerūt ostium laudis ad laudē sui creatoris. maledicte sunt manus tue: quia per eas nō sunt porrecte paupibus elemosine. maledicta sunt tuorū viscerum precordia: quia eructauerūt pessima consilia. maledicti sunt pedes tui qui ecclesie christi nō visitauerunt limina. maledicta sunt membra tua oīa: quia celorū nō eximerunt gaudia. maledicta sūt opera tua omnia: quia adepta sunt eterna supplicia. **E**cce carissime de quāto piculo te potes liberare, de quāto magno timore arripere. si modo semp timoratus fueris, et de morte suspectus: stude nūc taliter viuere: ut ī hora mortis ualeas potius gaudere q̄ time re. discē nūc mori mundo: ut tunc incipias viuere cū christo. discē nūc omnia contem nere: ut tūc possis libere cū christo ad gloriam festinare. castiga nunc corpus tuū p penitentiā ut tunc habeas certā confidentiam. **Q** q̄ felix q̄ prudens qui talis nunc esse nitit̄ invita: qualis optat inueniri in morte. **A**ge eya quicquid potes. quia nescis qn̄ morieris

nescis etiā quid tibi post mortem sequitur.
 noli p̄fidere sup̄ amicos et p̄ximos. quia ci-
 tius obliuiscēt tui q̄ estimas. si nō es sollici-
 tus p̄ teipso modo: quis erit sollicitus in fu-
 turo. melius est nūc tempestiue p̄uidere, et
 aliquid boni p̄mittere: q̄ sup̄ aliorū auxilio
 sperare. dum tempus habes congrega diui-
 tias immortales elemosinarū largitione: fac
 nūc amicos tibi uenerādos dei sanctos et cū
 benefeceris in hac vita: recipient te in eter-
 na tabernacula. vnde greg. **C**urandū nobis
 est, et cū magnis quotidie fletibus cogitādū
 q̄ seuis sua in nobis opera requiret: in die
 nostri exitus p̄nceps huius mundi dum ue-
 niet. et bernar. **Q**uis erit p̄uor ille o anima
 mea: cum dimissis omnibus quorū ē tibi io-
 cunda tam presentia: tam gratus aspectus.
 sola penitus incognitā regionē ingrediaris:
 et occurfantia tibi cateruatim irruere cor-
 nua: illa monstra videbis. quis in die tāte ne-
 cessitatis occurret: quis tenebit a rugietibus
 preparatis ad escā: quis consolabit: quis de-
 ducet: sed occurrent utiq; animabus iustorū
 angeli sancti demones arcendo ne illas exe-
 untes impediāt: ac ipsas cū gaudio in celos
 d. ii.

deferendo. **V**nde de animarū iniquarū trā
situ dicit bernardus. q̄ illis horror in exitu,
in transitu pudor, et in cōspectu glorie ma-
gni dei confusio. vnde ī psalmo. **M**ors pec-
catorū pessima. mala in amissione mūdi: pe-
ior in corporis et anime sepatiōe: pessima
in uermis cōpunctione, et ignis cōcrematiōe.
et quod omniū pessimū est in diuine cō-
templationis sepatiōe. **C**onsidera ergo ca-
rissime frequenter q̄ mors nō pōt declinari
hora mortis non potest inuestigari. tempus
a deo preordinatū nō potest mutari: cū vi-
ta secura optat̄ et cum deuotione acceptat̄.
bona siquidem est mors iusti p̄pter requiē:
melior propter nouitatem: optima propter
securitatem.

U De gaudiis paradisi et penis inferni q̄ nota
re debet omnis pctōr. **¶ Ca. vii.**

Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit que prepauiit
dominus his qui diligūt eum. prima ad co-
rintheos. v. **¶** ¶ anima peccatrix et misera ut
tibi iam vilescant omnia que sunt in terris.

attende diligenter que et quāta sint que p̄-
 parant̄ electis dei in celis. **V**nde sciendū est
 q̄ tot et tanta sunt in celis gaudia: q̄ omēs
 arithmetici non possunt numeris euacuare,
 uel calculare. omēs geometrici nō possunt
 eadem mensurare. omēs grāmatici, dialecti-
 ci, ac rhetorici nō possunt eap̄sa sermōibus
 explicare. quia oculus nō vidit, nec auris au-
 diuit, nec in cor hominis ascēdit z̄c. **C**aude-
 bunt quippe omēs sancti supra se de dei visi-
 one. infra se: de celi et aliarū creaturarū spr-
 ritualium pulchritudine. intra se: de corpis
 glorificatione. iuxta se: de angelorū et homi-
 nū associatione. **A**nselmus quippe ponit se-
 ptem dona aīe que iusti habebunt ī celestis
 patrie beatitudine. **E**t p̄mo ponit bona cor-
 poris: que sunt puchritudo, uelocitas, forti-
 tudo, libertas, sanitas, uoluptas, et eternitas
 iustorū. dicit ergo in illa vita iustorū pulchri-
 tudo: solis pulchritudine septēpliciter q̄ mo-
 do sit speciosior adequabit̄. qđ testat̄ scriptu-
 ra dicens. **F**ulgebunt iusti sicut sol ī regno
 patris eorū. uelocitas tanta eosdē comitabit̄
 ut ipsis angelis dei eque similes simus, qui
 a celis ad terras: et a terris in celum digito
 d. iij.

citius dilabuntur. huius quoque uelocitatis exemplum in radio solis solet intueri: qui statim orto iam sole in plaga orientali pertingit ultimum plage occidentalis ut in hoc speremus non esse impossibile quod de nostra dicimus uelocitate futura: cum in rebus animatis soleat esse maior uelocitas quam in inanimatis et fortitudine seu uiribus preualebunt, quicumque scilicet meruerunt supernis ciuibus locari: intantum ut nullatenus illis obsistere quicumque ualeat, uel si mouendo uel euertendo uoluerint: quod a suo statu quomodocumque diuertere non ilico cedat, nec in eo quod dicimus maiori conatu laborabunt quam nos modo in motu oculorum nostrorum: ne queso excedat anime quam adipiscitur angelorum similitudo quantum si hoc cui his que dicturi sumus aliquid exemplum non occurrit: ipsa occurrat, atque in quibus angelis ualere constiterit: etiam nos ualere probet et asserat. quicumque ergo fuerint angelorum similitudinem assecuti: eorumque securitatem et libertatem necessario assequantur. Itaque sicut angelis nihil obsistat nec aliquid eos impedire uel constringere potest: quin pro uelle suo cuncta liberrime penetrent:

ita nō erit obstaculum vnū qđ nos retardet
 nec clausura que nos detineat, nec elemētū
 quod nos uelle parum obsistat. De sanitate
 quid melius poterit q̄ quod prestabūt. salus
 inquires iustorum a domino. quibus aut fue-
 rit uera salus que subire poterit infirmitas,
 credere et incunctanter asstruere licet sanita-
 tem uite future: ita ingenuā et incōmutabi-
 lem ac immobilem fore: ut ineffabili quadā
 atq; sensibili sanitatis dulcedine: totū homi-
 nēm repleat: et omne quod alicuius vicissi-
 tudinis, mutabilitatis aut lesionis suspitionē
 pretendere queat, pcul arceat atq; repellat.
 In illa futura uita inestimabilis quedam uo-
 luptas bonos iēbriat: et dulcedine sui totos
 eos inestimabili ex mūdana faciabit. quid di-
 xi totos oculos, aures, nares, os, manus, pe-
 des, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medulle.
 exta etiā ipsa et cūcta sigillatī singula queq;
 mēbra eorū in cōi tā inestimabili et innume-
 rabili dilectiōis & dulcedinis sensu replebūt
 ut uere totus hō torrente uoluptatis dei po-
 tet, ac ubertate dom^o dei inebriet. qui ergo
 bona hec fuerit adeptus n̄ intelligo ad quid
 sui p incomodo ulterius porrigat affectus.

Septimo aderunt eis quos cunctos appetere
dicimus diuturnitas vite: sed ista que penni-
tas dicitur illis deerit minime. quia iusti eter-
nū uiuent. sunt etiā alia quedam his que di-
gessimus adiicienda que nō minus amātur,
sed ad animā: sicut illa ad corpus referūtur
que nihilominus in numero septenario cō-
stitutata nō modicū placēt menti que ipsorū
sapore fuerit imbuta. **S**unt autē hec amicitia
sapientia, concordia, p̄tās, honor, securitas,
et gaudiū. **S**apientia ergo tanta in futura vi-
ta bonis erit: ut eorū que scire uoluerint ni-
hil sit qd̄ ignorent. scient enī cuncta que sci-
enda sunt. scit enī deus tā ea preterita q̄ fu-
tura tanq̄ presentia. **I**bi a singulis omnes ab
omnibus singuli cognoscunt, nec quenq̄ il-
lorum latebit omnino qua patria, qua gēte,
qua stirpe quis editus fuerit, uel quid ī uita
fecerit. **A**micicia tantū singulorum intima
gratia singulos suo feruore complebit ut cu-
iusq̄ amor in quenq̄ sufficiat cuiq̄: p̄sertim
cum omnes sint vnū corpus christi, et chris-
tus qui ē pax ipsa sit omniū caput. nec mi-
nor affectu compleantur q̄ membra vnus
corpis sibi inuicem copulant. amabis ergo
omēs ut teipsum. amaberis ab omnibus ut

ipsi a se putas abundans eris in dilectione,
 quō hoc tibi fuit in possessione. attamē ipse
 transi et cōtemplare eū p̄ quē hec tibi omīa
 puenire percipies. quia plus q̄ teipm̄ ineffa-
 bili quadā suauitate ipsum amabis. sic itaq̄
 tanta erit concordia: ut in nullo senties ali-
 quē discrepare ab eo quod te p̄stiterit uelle:
 corpus vnū erimus, anima vna erimus. spō-
 sa christi erimus: quicūq̄ erimus ibi. **N**ō er-
 go maior discordia inter nos erit: q̄ nūc in-
 ter vnus corporis membra. **V**erū sicut vides
 in motu oculorū q̄ illuc quo vnus uertitur:
 mox alius sequit̄. ita quocūq̄ uelle tuū con-
 uerteris: uelle omniū sine discrepatione tibi
 illico presto habebis. quid dixi oīm ipsa vo-
 luntas dei nō deerit a tua diuersa: sed sicut
 tu: quod ille. ita et ille in cūctis quod tu. ca-
 put nāq̄ quomodo a suo corpe discreparet
 cū itaq̄ deum et omnes uoluntati tue con-
 cordes habueris. profecto nil uoles: qđ non
 possis. omnipotens ergo erit uoluntati tue:
 quoniā ipsum omnipotentē habebis, in om-
 nibus concordantē uoluntati tue. itaq̄ cum
 hec tibi tanta potestas affuerit: honor decēs
 potestati minime deerit. dum igit̄ possessio-
 ne bonorū q̄ digessimus felix fueris: nonne
 d. v.

sufficiens tibi videberis maxime inquiring.
Itaq; cū ipsa vita perpetuo daret: in vita illa
et hec oīa tibi habenti: securitas illa amplius
nō perpēdi certa arriserit: obsecro quid esti
mas tibi erit. **S**ecurus ergo tantoꝝ bonoꝝ
perpetuo eris, nec alicuius tibi aduersarii vi
olentū incursum timebis. pōt ne ergo illius
gaudiū modus a quocūq; homine penetrari
cū ultra mille millia, et decies millies, cētena
millia innumerabiles ibi sint, et omīs eadem
beatitudine perfruant: nec ullus eorū sit qui
non tm̄ de bonis alterius gaudet: q̄ de suo.
Preterea videntes ipsum deū quē ipsi supra
se amabūt ipsos amantē et intelligentē mi
rabiliter plusq̄ semetipsos illos amantem in
gloria eius mira et ineffabili exultatione ex
ultabunt. **C**um ergo iusti fuerint tanta fel
citate beati: restat ut iniusti p̄ p̄trariū sint in
estimabili quadā infelicitate miseri. sicut enī
iustos misericordia, pulchritudo, uelocitas,
fortitudo, libertas, sanitas, uoluptas: alacres
et iubilantes faciet: ita et iniustos inestimabi
lis feditas, tarditas, imbecillitas, fremitus, lan
guor atq; dolor mētes reddat eorū eiulātes
Sane diuturnitatem vite quā iusti p̄ uouē
dis bonis summope cōplectent, iniusti pro

interminabili pena qua torquebunt. qm̄ in
 erit illis qui summo odio execrabunt. **¶** De
 sapientia vero quid dicā. quia sic iustus erit ī
 gaudiū & honorē: ita et iniusti quicquid sci-
 ent: erit in merorē et p̄fusionē. amicitia aut̄
 qua inuicē pii summa iocunditate copulant̄
 si qua ī impiis erit in tormētis illis erit. quo
 enī magis quisq; amabunt: eo magis ī eorū
 pena dolebunt. discordiā habebūt cū omni
 creatura, et oīs creatura discordabit cū illis.
 hinc ergo p̄ pt̄ate bonorū tāta imposita erit
 et eos sequit̄ ut oīno nihil eorū que uolue-
 rit possint, et quicquid habuerit nolint. **Igit̄**
 p̄ honore sanctorū obtinebūt penne obpro-
 briū, et hoc sine fine claudēt. vnde sic ami-
 ci dei securi erūt se nunquā amissuros bona
 sua: ita isti inimici dei omīno desperabūt se
 amplius iam pdituros hec mala. pro eterno
 ergo et ineffabili gaudio bonorū hereditabūt
 incogitabilē tristitiā omīs que p̄ implenitudi-
 ne creati transitori sunt ī societate demonū
 hec anselmus. **In** illa ergo futura beatitudi-
 ne ut dicit bt̄s augu. deus omīs sensus bea-
 torū sp̄iali et ineffabili delectatione reficiet
 cum ipse omniū sensuū sit obiectū. futuris
 erit nanq; deus speculū visui, citara auditui
 d. vi.

uel gustui: balsamum olfactui: flos tactui.
quia p̄terea homo factus est: ut totū homi-
nē in se beatificaret: ut sensus interior ī cō-
templatione hūanitatis. et breuiter sc̄dm au-
gusti. et grego. tanta ē ibi pulchritudo iustu-
tie, tanta iocunditas lucis eterne, ut etiam si
nō liceret in ea amplius viuere seu manere
quantū vnus diei mora est. p̄pter hoc inu-
merabiles huius vite dies pleni deliciis et cir-
cūfluentia tempaliū bonorū merito, recteq̄
cōtemnent̄. non enī falso aut paruo affectu
dictū est: q̄ melior est dies vna in atriis tuis
sup milia. bernar. **Q**uis in hac vita pensare
pōt quāta sit illa felicitas beatorū videre deū
viuere cū deo, de deo esse qui erit oīa ī om-
nibus. h̄re deū qui est summū bonū, et ubi
est summū bonū, ubi ē summa felicitas, sū-
ma iocūditas, uera libertas, perfecta caritas,
eterna societas et securitas eterna. augus. **O**
gaudiū sup gaudiū: videre deū qui fecit eū
qui saluauit eum, qui glorificauit eū: videre
faciem dei sui quod est summū bonū, gau-
diū angelorū, atq̄ omniū sanctorū. **N**un-
quid deus sc̄dm grego. tā inestimabilis pul-
chritudinis est ut angeli qui solem septēpli-
citer sua vincūt pulchritudine: iugiter in eū

fatiabiliter desiderant p̄spicere. ¶ **I**tem au-
 gustinus. nulla īsurget malicia: nulla carnis
 miseria, nulla iam peccandi volūtas, nec de-
 linquendi potestas: sed totū exultatio, totū
 letitia: hec possidebunt homines angelis so-
 ciati. ¶ **O** anima mea iam audisti quanta sint
 iustorū gaudia: q̄grandis letitia: quāta fere-
 nitas: quāta iocunditas illius superne ciuita-
 tis. ¶ **O** felix iocūditas. o iocunda felicitas: san-
 ctos videre, deū habere in eternū zc. ¶ **S**i nos
 quotidie oporteret tormēta perferre: si ipsā
 gehēnam longo tempe tolerare: ut christū
 videre in sua gloria videre possemus, et san-
 ctis eius sociari. nōne dignū erat pati omne
 qđ triste est ut tāte glorie, tantiq; boni parti-
 cipes haberemur. ¶ **Q**uapropter anima mea
 a turba terrenorū desideriorū secessum mē-
 tis petamus. et īde a secreto cordis illicitarū
 cogitationū tumultus expellentis supne pa-
 trie in amorē intime quietis anhelantes: re-
 uertamur ad ciuitatē celestem in qua sc̄pti
 sumus et ciues decreti. sicut ergo ciues san-
 ctorū et domestici dei, et sicut heredes dei:
 coheredes autē christi ut ad eum cito pueni-
 re ualeamus. ¶ **S**i queramus quomō hoc
 fieri potest, uel quibus mediis, uel auxiliis.

audi: res ista posita est in uoluntate faciētis
quoniā regnū celorum vim patitur: et vio-
lenti rapiunt illud. nō enī querit aliud p̄ciū
q̄ te ipsum. illi ergo quantū es te da et habe-
bis illud. **Q**uid de turbarū precio christus se
ipsum tradidit ut acquireret regnū deo pa-
tri da te illi ut regnū eius sit in te: ac non re-
gnet peccatū in tuo mortali corpe: sed spiri-
tus in acquisitione uite. **A**nima peccatrix
et misera si hec que iā dixi de gaudiis et ex-
cellentiis quibus sancti et electi dei ineternū
gaudebunt in regnū celorū nō te moueant
ad p̄merendum p̄ p̄niam, et p̄ opera virtu-
osa cū gratia dei regnū celeste: timeas et pa-
ueas, atq; timendo considera miserabiles cō-
ditiones et penalitates inferni ciuitatis dia-
boli ut timore et pauore resurgas et cōuer-
taris ad dominū deum tuū toto corde. **D**e
quibus sciendū q̄ cū damnatis sit diuersitas
peccatorū: ita erit diuersitas penarū. vñ gre-
go. **V**nus quidē ignis gehenne ē credēdus
sed nō vno modo exurit om̄es peccatores.
vnusquisq; enī quantū exigit culpa: tātum
sentiet de pena. sicut ab eodē igne alit̄ vrit̄
palea, aliter lignū, et aliter ferrum. Iste ignis

*De p̄niam
inferni:*

taliter inflammatus est ab ira iudicis succen-
 sus: quod nouo incendio non indigebit usque in
 sempiternum. **Job. xxi.** Deuorabit eos ignis
 qui non succendet. De acerbitate huius ignis
 dicit beatus sebastianus cui angelus ad aurem
 stabat: quod iste ignis sensibilis ita se habet ad
 gehennalem ignem: sicut ignis in pariete de-
 pictus ad istum sensibilem. Et isidorus ait. In
 inferno erit aliquid obscuri luminis quo dan-
 nati videre possint ut doleant: non vnde letent
 eos quippe quos reprobi nunc inordinate di-
 ligunt: secum tunc in tormentis videbunt ut
 penam proprie conditionis exaggerent carnalis
 cognatio auctori preposita pari ante oculos
 ultione danata. **Hic** solet queri an danati
 videant gloriam sanctorum. Ad quod respondet
 gregori. in omelia de diuite epulone dicens.
Credendum est quod ante retributionem extremi iu-
 dicii iniusti quosdam iustos in requie respiciunt,
 et eos videntes in gaudio non solum de suppli-
 cio: sed etiam de aliorum bono cruciantur. iusti
 autem semper vident iniustos in tormentis ut hinc
 eorum gaudium crescat. quia malum respiciunt: quod
 misericorditer euaserunt. tantoque maiores crea-
 tori suo gratias referant: quanto vident in aliis

q̄ ipsi perpeti (si essent relict) potuissent. Et
ut idem alibi ait. **N**ō frustrabit beatitudinē
iustorum aperta pena reprobōꝝ. quoniam
ibi iam compassio miserie nō erit beatorum
et eorū minuere letitiā non ualebit. et si enī
in natura sue bonitatis misericordiā habent
iam tunc auctoris sui iustitie cōiuncti tanta
rectitudine coniūgentur: ut nulla ad repro-
bos compassione moueant. **E**t addit p̄sper
q̄ tunc filiorum, parentū, et coniugū mise-
ria beatos contristare non poterit. videbunt
aut̄ damnati beatos ante iudicii diē: nō hoc
modo q̄ gloriam eorū qualis sit agnoscant
sed solummodo cognoscent eos esse in qua
dam inestimabili gloria ex hoc cruciabūtur
tñ p̄pter inuidiā dolentes de felicitate beato-
rū qua visiōe priuabuūt. nec tñ ex hoc eorū
pena minuet̄: sed augebit̄. quia ī memoriā
habebunt gloriam beatorū quā ī iudicio uel
ante iudiciū viderūt: et hoc erit eis ī tormē-
tum. sed ulterius affligentur in hoc q̄ vide-
bunt se indignos reputari: etiam videre glo-
riam suam quam sancti vident. **I**tem so-
let queri an damnati videant ea que in hoc
mundo agunt. **A**d hoc respondet grego. in
sc̄do libro moralium p̄tractās illud Iob. ix.

30.

Si nobiles fuerint filii eius siue ignobiles nō intelligūt. si hi qui adhuc viuētes sunt mortuorū aīe quo loco habeant ignorant. ita in ea cui vita in carne uiuentiū post eos qualiter disponunt nesciunt. quia vita spiritus lōge est a vita carnis: qđ de aīabus sanctis sciendū est. quia q̄ intus omnipotētis claritatem vident: nullo mō credendū est: quia sint foris aliq̄ que ignorent. boni ergo vident que fiunt citra eos: mali aut̄ nō. **E**t si dicas: magis distat damnatis gloria iustorū q̄ ea que ī mundo agunt. sed ipsi nō vident ea que circa nos agunt: ergo multominus p̄nt videre gloriā beatorū. **D**ico ea que hic agunt non ita affligerent damnatos in inferno si viderent sicut sanctorū gloria inspecta. vnde nō ita ostendunt damnatis ea que hic agūtur: ostendunt aut̄ eis ea que in eis tristitiā augere p̄nt: licet p se nō videant. **I**tem querit̄ an damnati vellent ī inferno om̄s alios esse damnatos. **A**d hoc dico q̄ sic sanctis in patria erit p̄fectissima caritas: ita in damnatis erit p̄fectissimū odiū. vñ sicut sancti gaudebūt de oībus bonis: ita mali de oībus bonis dolebūt. vñ felicitas sctorū ab illis p̄siderata eos maxime affligit: ideo uellēt om̄s beatos

esse damnatos. tāta enī eorū erit inuidia : q̄
etiā p̄pinquorū suorū glorie inuidebūt cum
ipsi ī miseria summa sint. et etiā in hac vita
hoc accidat crescēte iuidia : sed tū minus in-
uident p̄pinquis q̄ aliis. et maior ē eorū pe-
na si om̄s p̄pinqui damnarent̄ et alii salua-
rent̄ : q̄ q̄ aliquis de suis p̄pinquis saluaret̄.
Exemplū ē q̄ diues petiit fratres suos a dā-
natione eripi. sciebat enī q̄ aliqui eriperent̄
maluisset tū fr̄es suos non cū aliis damnari.
Et scias q̄ q̄uis ex damnatorū multitudine
pena singulorū augeat̄ tantū : tū sup̄crescit
odiū et inuidia eorū q̄ magis eligunt torq̄ri
cū multis q̄ cū vno solo. ¶ **Q**ueri etiā solet
an mortui maxime damnati sciēt uel recor-
dent̄ eorū que sciuerūt. **A**d hoc dico q̄ ī dā-
natis erit cōsideratio eorū q̄ prius sciuerūt ut
causa materialis tristitie : nō aut̄ ut delectati-
onis cā. cōsiderabūt enī et mala que gesserūt
ex quibus dānati sunt, et bona q̄ amiserunt
et ex utroq̄ torquebūt̄. **P**reterea scias q̄ du-
plex pena ī inferno erit : pena dāni, et pena
sensus. q̄s tangit christus math. vii. ubi dic̄.
Omnis arbor que nō facit fructū excidet̄, et
in ignē mittet̄. **D**e pena sensus que multi-
plex est : sic dicit greg. super illud mat. viii.
Eicient̄ in tenebras exteriores. **I**n inferno

erit frigus insuperabile, ignis inextinguibilis, uermis imortalis, fetor intolerabilis, tenebre palpabiles, flagella cedentiū, horrida visio demonū, confusio pctōr, et desperatio omniū bonor. itaq; dānati pleni erūt omni tristitia et dolore. habebūt enī fletū in oculis, stridorē in dentibus, fetorē in naribus, gemitū in uocibus, terrorē in auribus, vincula in manibus et pedibus, ignē et ardorē in membris suis omnibus. vñ quidā ait **I**nfernus in fouea mortifera penis omnibus et miseriis referta ibi. ut scribitur isaie. xiii. **V**nusquisq; ad pximū suū stupebit, facies cōbuste vult^o eor. et baruth. ii. **N**igre sunt facies eorum a fumo. nā omīs vultus pctōr redigētur in ollam. ut habet iohelis. ii. Item acerbitas penarū infernaliū pōt p̄siderari ex fletu et stridore dentiū, ex desiderio mortis, ex manducatione linguarū, et blasphemia creatoris et ex silibus aliis his que oīa sunt uētura ibidē ut ptz ex uariis locis scripturarū. vñ apoca. xix. **C**omederūt linguas suas p̄ nimio dolore, et blasphemauerūt deū celi p̄ doloribus, et vulneribus suis. tanta erit acerbitas penarū q̄ pctōres vita (quā omīs appetūt) spreta, et cōtempta: mortē (quā omīs fugiūt) ardentī desiderio affectabunt. apoca. ix. **I**n diebus

illis querent hoies mortē et nō inueniēt eā.
desiderabūt mori: et mors fugiet ab eis. Et
criso. **I**bi quid agemus: quid respōdebimus
nihil erit ibi nisi stridor dentiu, nisi ululatus
et fletus et fera pnia, cessantibus vndiq; au-
xiliis, et inualescentibus vndiq; penis: s; nec
solacium quidē usq; quaq;. Ibi enī nulli oc-
currēt oculis nr̄is nisi solū penarū mīstri, et
faciēs vndiq; tortorū. et qd̄ est deterius oīm
nec aeris ipsius ullum erit solaciū, aut lucis.
In his aut positis quis tremor: imo que re-
uolutio viscerū est diuulsioq; mēbroꝝ: que
quales aut quāte oibus sensibus cruce: nul-
lus poterit hūc sermonē explicare. **D**e pe-
na damni sic dicit crisos. **N**ōnulli impitorū
putabūt sc; esse satis et optabile videri si ge-
hēna tantūmodo careāt. ego aut multoma-
gis grauiorē q̄ gehennā dico esse cruciatū
et remoueri & abiici, et ab illa gr̄a excludi ab
illis bonis que prepatata sunt sanctis: intole-
rabiliusq; et grauius ē suppliciū illud. horri-
bile tñ simile aliquis ponat gehennas: nihil
tale dicturus ē quale ē ab illius glorie iocun-
ditate p̄pelli. odio christi hr̄i, et ab illo audire:
n̄ noui uos. etenī decē milibus melius ē
sustinere fulmina: q̄ illū mansuetudinis, pie-
tatisq; plenū nobis aduersatē videre. et illos

totius tranquillitatis oculos in quenq̄ nos
 aspicere sustinere: si nequaq̄ istud patimur.
O benigne fili dei neq̄ experiamur intolera-
 bile illud horrendū suppliciū. hec crisostomus. **V**e
 nobis qui de his malis nō cogitamus: s; q̄si
 securi torpentes, et aīe curā negligentes ad
 hec sine cessatione p̄peramus. **S**ed dicet for-
 te aliquis. vides q̄ iniustus est deus. quia ho-
 mo p̄ mortali pctō vna hora p̄petrato eter-
 naliter punit. **H**anc questionē mouet greg.
 et soluit sic. **S**cire inquit uel quō iustum sit
 ut culpa q̄ cū sine p̄petrata est: sine fine pu-
 niat. **E**t r̄ndet gre. hoc recte dicere si distri-
 ctus iudex nō corda hominū: sed uerba p̄-
 saret. iniqui enī sine fine delinquerēt: si sine
 fine uiuerēt. nā uoluissent si potuissent sine
 fine peccare. ostendunt enī q̄ in pctō semp
 uiuere cupiunt: qui nunq̄ desinūt peccare.
 ad magnā ergo iustitiā iudicantis p̄tinet: ut
 nunq̄ careant supplicio: qui in hac uita nūq̄
 uoluerūt carere pctō. et nullus detur iniquo
 terminus ultionis: qui q̄diu uixit nullū uo-
 luit habere terminū criminis. **A**lia ratio q̄re
 peccatū mortale obligat ad eternā penā po-
 test sumi ex pte eius in quē peccat, qui est
 infinite bonitatis et potentie scz deus. vnde

et offensa ipsius infinita pena digna ē. quia
quanto est maior in quē peccat: tanto ma-
gis pctm̄ puniſ' ſcdm̄ aristo. vii. ethic. **E**t cri-
soſt. dicit. **O**mnis iniuria talis est: q̄lis fuerit
p̄ſona cui fit iniuria. in magna tñ p̄ſona et
ſi modica fuerit iniuria: ipſa est magna. in
modica tñ p̄ſona et ſi magna iniuria facta
fuerit: modica eſſe videt'. **H**ec oīa dilectiſſi-
me vide cognoſcens, et corde iugiter reco-
lens: eſto ſollicitus de ſalute tua et eternum
iſtud crudele infernale ſupplicium reſpice.
confidera in temetiſo que ſunt utilia et ſa-
lubria aīe tue. **Q**uid eſt melius in p̄nti ſecu-
lo p̄ peccatis plangere, et penitus crebrius
obſecrare: q̄ in ignē eternū ſine aliqua vtili-
tate deſlere. in hoc enī breui tempe p̄ peni-
tentiā et lachrymas indulgentiā et conſola-
tionē mereberis. plange ergo hic modicum
ne plangas ibi in ſecula ſeculorū. humiliare
hic: ne ibi humilieris ī exterioribus tenebris
et mittaris in ignē inextinguibilem. beatus
ille qui hic poſitus feſtinat in die iudicii di-
gnus inueniri. miſerabilis uero qui peccan-
do ſe indignū a gloria dñi conſtituerit ī illa
hora. nubes recipient om̄es ſanctos ſurſum
in celum: impios aut̄ diaboli rapiūt mitten-

tes in caminū ignis ardentis. **Q**uis dabit ca-
 piti meo immensam aquā et oculis meis fō-
 tem lachrymarū iugiter emanantē ut plorē
 meipsum die ac nocte obsecrās dominū ne
 indignus inueniar in illa hora aduētus eius
 et ut ne audiā illam sententiā formidandā.
Discedite a me operarii iniquitatis: nescio
 te quis sis. **Q**uod a nobis auertat iesus chri-
 stus dominus noster: qui viuit et regnat per
 infinita secula seculorum. **A**men.

Speculū aureū anime peccatricis a quo-
 dam cartulienſe editum: fimit feliciter.
Impreſſumq; Parisius p magiſtrū Vdal-
ricum cognomēto Gering.

